VERSION LATINE

Durée : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Introduction d'Achille, déguisé en jeune fille, à la cour du roi Lycomède

Pour empêcher que son fils, Achille, participe à la guerre de Troie, la déesse Thétis décide de le cacher. Elle le déguise alors en fille et, en le présentant comme la sœur d'Achille, demande à Lycomède, roi de l'île de Scyros, de l'accueillir parmi les jeunes filles de sa cour.

« Hanc tibi, ait[1], nostri germanam, rector, Achillis
(nonne uides ut torua genas aequandaque fratri ?)
tradimus. Arma umeris arcumque animosa petebat
ferre et Amazonio conubia pellere ritu.
Sed mihi curarum satis est pro stirpe uirili ;
haec calathos et sacra ferat, tu frange regendo
indocilem sexuque tene[2], dum nubilis aetas
soluendusque pudor ; neue exercere proteruas
gymnadas aut lustris nemorum concede uagari.
Intus ale et similes inter seclude puellas ;
litore praecipue portuque arcere memento.
Vidisti modo uela Phrygum[3] : iam mutua iura
fallere transmissae pelago didicere carinae. »
Accedit dictis pater ingenioque parentis
occultum Aeaciden – quis diuum[4] fraudibus obstet ? –
accipit ; ultro etiam ueneratur[5] supplice dextra
et grates electus agit : nec turba piarum
Scyriadum cessat nimio defigere uisu
uirginis ora nouae, quantum ceruice comisque
emineat quantumque umeros ac pectora fundat.
Dehinc sociare choros castisque accedere sacris
hortantur, ceduntque loco et contingere gaudent.
Qualiter Idaliae uolucres[6], ubi mollia frangunt
nubila, iam longum caeloque domoque gregatae,
si iunxit pinnas diuersoque hospita tractu[7]
uenit auis, cunctae primum mirantur et horrent :
mox propius propiusque uolant, atque aere in ipso
paulatim fecere suam plausuque secundo
circumeunt hilares et ad alta cubilia ducunt.

STACE

[1] Le sujet de *ait* est Thétis, la mère d'Achille ; *tibi* renvoie à Lycomède, roi de l'île de Scyros.
[2] *sexuque tene* = « et fais en sorte qu'elle se conduise comme l'exige son sexe ».
[3] Cette formule fait référence au navire de Pâris, qui serait passé au large de Scyros durant son voyage pour enlever Hélène.
[4] *diuum* = *diuorum*.
[5] *ueneratur* : sous-entendre *eam*.
[6] *Idaliae uolucres* : cette périphrase désigne des colombes.
[7] *tractus* : « région », « endroit ».

VERSION GRECQUE

Durée : 4 heures

———

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires grec-français est autorisé
(à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire).

Le vieillard Chrémyle invite Ploutos, personnalisation de la richesse, à s'installer chez lui.

ΧΡΕΜΥΛΟΣ Σὺ δ', ὦ κράτιστε Πλοῦτε πάντων δαιμόνων,
εἴσω μετ' ἐμοῦ δεῦρ' εἴσιθ'· ἡ γὰρ οἰκία
αὕτη 'στὶν ἣν δεῖ χρημάτων σε τήμερον
μεστὴν ποιῆσαι καὶ δικαίως κἀδίκως.

ΠΛΟΥΤΟΣ Ἀλλ' ἄχθομαι μὲν εἰσιὼν νὴ τοὺς θεοὺς
εἰς οἰκίαν ἑκάστοτ' ἀλλοτρίαν πάνυ·
ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε.
Ἢν[1] μὲν γὰρ ὡς φειδωλὸν εἰσελθὼν τύχω,
εὐθὺς κατώρυξέν με κατὰ τῆς γῆς κάτω·
κἄν τις προσέλθῃ χρηστὸς ἄνθρωπος φίλος
αἰτῶν λαβεῖν τι μικρὸν ἀργυρίδιον,
ἔξαρνός ἐστι μηδ' ἰδεῖν με πώποτε.
Ἢν δ' ὡς παραπλῆγ' ἄνθρωπον εἰσελθὼν τύχω,
πόρναισι καὶ κύβοισι παραβεβλημένος
γυμνὸς θύραζ' ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνου.

ΧΡΕΜΥΛΟΣ Μετρίου γὰρ ἀνδρὸς οὐκ ἐπέτυχες πώποτε.
Ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πώς εἰμ' ἀεί·
χαίρω τε γὰρ φειδόμενος ὡς οὐδεὶς ἀνὴρ
πάλιν τ' ἀναλῶν, ἡνίκ' ἂν τούτου δέῃ.
Ἀλλ' εἰσίωμεν, ὡς ἰδεῖν σε βούλομαι
καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱὸν τὸν μόνον,
ὃν ἐγὼ φιλῶ μάλιστα μετὰ σέ.

ΠΛΟΥΤΟΣ Πείθομαι.

ΧΡΕΜΥΛΟΣ Τί γὰρ ἄν τις οὐχὶ πρὸς σὲ τἀληθῆ λέγοι ;

ARISTOPHANE

---

[1] Ἢν μέν… Ἢν δέ... : ἤν = ἐάν.

Tournez la page S.V.P.

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Un architecte plein d'audace

Dès son arrivée à la cour d'Alexandre le Grand, l'architecte Dinocrate cherche à obtenir rapidement une audience auprès du roi pour lui présenter ses projets. Il demande à des courtisans haut placés de le présenter à Alexandre.

Cum polliciti essent, tardiores fuerunt, idoneum tempus expectantes. Itaque Dinocrates, ab his se existimans ludi, ab se petit praesidium. Fuerat enim amplissima statura, facie grata, forma dignitateque summa. His igitur naturae muneribus confisus, uestimenta posuit in hospitio et oleo corpus perunxit caputque coronauit populea fronde, laeuum umerum pelle leonina texit dextraque clauam tenens incessit contra tribunal regis ius dicentis. Nouitas populum cum auertisset, conspexit eum Alexander. Admirans ei iussit locum dari ut accederet, interrogauitque quis esset. At ille : « Dinocrates, inquit, architectus Macedo, qui ad te cogitationes et formas adfero dignas tuae claritati. Namque Athon montem formaui in statuae uirilis figuram, cuius manu laeua designaui ciuitatis amplissimae moenia, dextra pateram quae exciperet omnium fluminum quae sunt in eo monte aquam, ut inde in mare profunderetur ».

Delectatus Alexander ratione formae statim quaesiit si essent agri circa qui possent frumentaria ratione eam ciuitatem tueri. Cum inuenisset non posse nisi transmarinis subuectionibus : « Dinocrates, inquit, attendo egregiam formae compositionem et ea delector, sed animaduerto, si qui deduxerit eo loco coloniam, fore ut iudicium eius uituperetur. Vt enim natus infans sine nutricis lacte non potest ali neque ad uitae crescentis gradus perduci, sic ciuitas sine agris et eorum fructibus in moenibus affluentibus non potest crescere nec sine abundantia cibi frequentiam habere populumque sine copia tueri. Itaque quemadmodum formationem puto probandam, sic iudico locum inprobandum. Teque uolo esse mecum, quod tua opera sum usurus ».

VITRUVE, *De Architectura*, II, *Praef.* 1-3

Tournez la page S.V.P.

VERSION GRECQUE

Durée : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires grec-français est autorisé (à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire)

La destruction de Smyrne

L'orateur s'adresse aux empereurs romains pour leur rendre compte du tremblement de terre survenu à Smyrne.

κεῖται Σμύρνα τὸ τῆς Ἀσίας ἄγαλμα, τῆς δὲ ὑμετέρας ἐγκαλλώπισμα ἡγεμονίας, πυρὶ καὶ σεισμοῖς ἐκτριβεῖσα. ὀρέξατε πρὸς θεῶν χεῖρα, ὀρέξατε, ὅσην[1] ὑμῖν πρέπει. Σμύρνα τοι μέγιστα δὴ τῆς νῦν Ἑλλάδος εὐτυχήσασα καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ὑμῶν, τῶν τε ἀεὶ βασιλέων καὶ τοῦ συνεδρίου κοινῇ[2], μέγιστα δὴ καὶ πέπονθε τῶν μνημονευομένων. ἓν δὲ ὅμως αὐτῇ κἀν τούτοις ἐφυλάχθη παρὰ τοῦ δαίμονος ὡσπερεὶ σύμβολον σωτηρίας· εἴδετε τὴν πόλιν, ἴστε τὴν ζημίαν. ἀναμνήσθητε ὧν ἐπὶ τῆς πορείας ἐφθέγξασθε ὁρῶντες εἰς αὐτὴν, ἀναμνήσθητε ὧν[3] εἴσω παρελθόντες, ὡς διετέθητε, ὡς διεθήκατε· οἱ μὲν Θεοξένια ἦγον, ὑμεῖς δὲ ὡς ἐν τοῖς ἡμερωτάτοις ὧν κέκτησθε ἀνεπαύεσθε. ποία προσβολὴ τῆς ὄψεως οὐχ ἡδίους[4] ὑμᾶς ἐποίησεν; τί τῶν πάντων ἐθεάσασθε σιγῇ καὶ οὐ μετὰ τῆς πρεπούσης ὑμῖν εὐφημίας; ὧν οὐδὲ ἀπελθόντες ἠμνημονήσατε. ἃ νῦν πάντα ἐν κόνει. μέμυκε μὲν ἐκεῖνος

λιμὴν, οἴχεται δὲ ἀγορᾶς κάλλη, κόσμοι δὲ ὁδῶν ἀφανεῖς, γυμνάσια δὲ αὐτοῖς ἀνδράσι καὶ παισὶ διέφθαρται, ναοὶ δὲ οἱ μὲν κεῖνται, οἱ δὲ κατέδυσαν· ἡ δὲ πρὸς θέαν ὡραιοτάτη πόλεων καὶ τοῦ κάλλους ἐπώνυμος ἀνθρώποις ἅπασιν ἀωρότατον θεαμάτων ἀποπέφανται[5], κολωνὸς ἐρειπίων καὶ νεκρῶν.

Aelius ARISTIDE

---

[1] ὅσην : « comme, autant que ».

[2] τῶν τε ἀεὶ βασιλέων καὶ τοῦ συνεδρίου κοινῇ : traduire « empereurs et Sénat réunis à chaque fois ».

[3] ὧν : il faut sous-entendre le verbe ἐφθέγξασθε.

[4] L'adjectif ἡδύς a ici le sens de « charmé ».

[5] ἀποπέφανται est une forme de 3ème personne du singulier.

VERSION GRECQUE

Durée : 3 heures

———

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires grec-français est autorisé (à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire).

La stratégie des Perses à Marathon

Ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, ἀλλ' ἐλπίζων καὶ τὴν Εὐρώπην δουλώσεσθαι, ἔστειλε πεντήκοντα μυριάδας στρατιάν. Ἡγησάμενοι[1] δέ, εἰ τήνδε τὴν πόλιν ἢ ἑκοῦσαν φίλην ποιήσαιντο ἢ ἄκουσαν καταστρέψαιντο, ῥᾳδίως τῶν λοιπῶν Ἑλλήνων ἄρξειν, ἀπέβησαν εἰς Μαραθῶνα, νομίσαντες οὕτως ἂν ἐρημοτάτους εἶναι συμμάχων τοὺς Ἕλληνας, εἰ ἔτι στασιαζούσης τῆς Ἑλλάδος ᾧ τινι χρὴ τρόπῳ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι, τὸν κίνδυνον ποιήσαιντο. Ἔτι δ' αὐτοῖς ἐκ τῶν προτέρων ἔργων περὶ τῆς πόλεως τοιαύτη δόξα παρειστήκει, ὡς εἰ μὲν πρότερον ἐπ' ἄλλην πόλιν ἴασιν, ἐκείνοις καὶ Ἀθηναίοις πολεμήσουσι· προθύμως γὰρ τοῖς ἀδικουμένοις ἥξουσι βοηθήσοντες· εἰ δ' ἐνθάδε πρῶτον ἀφίξονται, οὐδένας ἄλλους τῶν Ἑλλήνων τολμήσειν ἑτέρους σῴζοντας φανερὰν ἔχθραν πρὸς ἐκείνους ὑπὲρ αὑτῶν καταθέσθαι. Οἱ μὲν τοίνυν ταῦτα διενοοῦντο· οἱ δ' ἡμέτεροι πρόγονοι οὐ λογισμῷ εἰδότες τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνους, ἀλλὰ νομίζοντες τὸν εὐκλεᾶ θάνατον ἀθάνατον περὶ τῶν ἀγαθῶν καταλείπειν λόγον, οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, ἀλλὰ τῇ αὑτῶν ἀρετῇ μᾶλλον ἐπίστευσαν. Καὶ αἰσχυνόμενοι ὅτι ἦσαν οἱ βάρβαροι αὐτῶν ἐν τῇ χώρᾳ, οὐκ ἀνέμειναν πυθέσθαι οὐδὲ βοηθῆσαι τοὺς συμμάχους, οὐδ' ᾠήθησαν δεῖν ἑτέροις τῆς σωτηρίας χάριν εἰδέναι, ἀλλὰ σφίσιν αὐτοῖς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας.

Lysias

[1] Ἡγησάμενοι δέ… : le sujet de cette phrase est « les généraux perses ».

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Un hiver chez les barbares

Exilé sur les rives de la mer Noire, près du delta du Danube, Ovide est impressionné par les rigueurs de l'hiver.

Sauromatae cingunt[1], fera gens, Bessique Getaeque,
quam[2] non ingenio nomina digna meo !
Dum tamen aura tepet, medio defendimur Histro :
ille suis liquidis bella repellit aquis.
At cum tristis hiems squalentia protulit ora,
terraque marmoreo est candida facta gelu,
dum prohibet Boreas et nix habitare sub Arcto,
tum patet has gentes axe[3] tremente premi.
Nix iacet, et iactam ne sol pluuiaeque resoluant,
indurat Boreas perpetuamque facit.
Ergo ubi delicuit nondum prior, altera uenit,
et solet in multis bima manere locis ;
tantaque commoti uis est Aquilonis, ut altas
aequet humo turres tectaque rapta ferat.
Pellibus et sutis arcent mala frigora bracis,
oraque de toto corpore sola patent.
Saepe sonant moti glacie pendente capilli,
et nitet inducto candida barba gelu ;
nudaque[4] consistunt, formam seruantia testae,
uina, nec hausta meri, sed data frusta bibunt.
Quid loquar, ut[5] uincti concrescant frigore riui,
deque lacu fragiles effodiantur aquae ?
Ipse, papyrifero qui non angustior amne
miscetur uasto multa per ora freto,
caeruleos uentis latices durantibus, Hister
congelat et tectis in mare serpit aquis ;
quaque rates ierant, pedibus nunc itur, et undas
frigore concretas ungula pulsat equi.

OVIDE, *Tristes*, III, 10.

---

[1] *Sauromatae cingunt* : sous-entendre *me*.
[2] *quam* est un exclamatif.
[3] *axe* désigne ici le ciel.
[4] C'est-à-dire hors de son contenant.
[5] *ut* : « comment ».

Tournez la page S.V.P.

Aphrodite entre en scène pour annoncer son projet de vengeance contre Hippolyte.

Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος
θεὰ κέκλημαι Κύπρις οὐρανοῦ τ’ ἔσω·
ὅσοι τε Πόντου τερμόνων τ’ Ἀτλαντικῶν
ναίουσιν εἴσω φῶς ὁρῶντες ἡλίου,
τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ πρεσβεύω κράτη,
σφάλλω δ’ ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα.
Ἔνεστι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε·
τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο[1].
Δείξω δὲ μύθων τῶνδ’ ἀλήθειαν τάχα·
ὁ γάρ με Θησέως παῖς, Ἀμαζόνος τόκος,
Ἱππόλυτος, ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα,
μόνος πολιτῶν τῆσδε γῆς Τροιζηνίας
λέγει κακίστην δαιμόνων πεφυκέναι,
ἀναίνεται δὲ λέκτρα κοὐ ψαύει γάμων·
Φοίβου δ’ ἀδελφὴν Ἄρτεμιν, Διὸς κόρην,
τιμᾷ, μεγίστην δαιμόνων ἡγούμενος·
χλωρὰν δ’ ἀν’ ὕλην παρθένῳ ξυνὼν ἀεὶ
κυσὶν ταχείαις θῆρας ἐξαιρεῖ χθονός,
μείζω βροτείας προσπεσὼν ὁμιλίας.
Τούτοισι μέν νυν οὐ φθονῶ· τί γάρ με δεῖ;
ἃ δ’ εἰς ἔμ’ ἡμάρτηκε, τιμωρήσομαι
Ἱππόλυτον ἐν τῇδ’ ἡμέρᾳ· τὰ πολλὰ δὲ
πάλαι προκόψασ’ οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ.

Euripide

IN CHOISY – D’après documents fournis

1 ἀνθρώπων ὕπο = ὑπὸ ἀνθρώπων.

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

———

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Un captateur de testaments

Pline stigmatise un intrigant qui manœuvre pour être couché sur les testaments de riches Romains.

Verania Pisonis[1] grauiter iacebat, huius dico Pisonis quem Galba adoptauit. Ad hanc Regulus uenit. Primum impudentiam[2] hominis, qui uenerit ad aegram, cuius marito inimicissimus, ipsi inuisissimus fuerat ! Esto, si uenit tantum ; at ille etiam proximus toro sedit, quo die, qua hora nata esset interrogauit. Vbi audiit, componit uultum, intendit oculos, mouet labra, agitat digitos, computat : nihil. Vt diu miseram exspectatione suspendit, « Habes, inquit, climactericum tempus, sed euades. Quod ut tibi magis liqueat, haruspicem consulam quem sum frequenter expertus. » Nec mora, sacrificium facit, adfirmat exta cum siderum significatione congruere. Illa, ut in periculo credula, poscit codicillos, legatum Regulo scribit. Mox ingrauescit, clamat moriens hominem nequam, perfidum ac plus etiam quam periurum, qui sibi per salutem filii[3] peierasset[4]. Facit hoc Regulus non minus scelerate quam frequenter, quod iram deorum, quos ipse cotidie fallit, in caput infelicis pueri detestatur.

Velleius Blaesus, ille locuples consularis, nouissima ualetudine conflictabatur ; cupiebat mutare testamentum. Regulus, qui speraret aliquid ex nouis tabulis, quia nuper captare eum coeperat, medicos hortari, rogare quoquo modo spiritum homini prorogarent. Postquam signatum est testamentum, mutat personam, uertit adlocutionem isdemque medicis : « Quousque miserum cruciatis ? Quid inuidetis bona morte, cui dare uitam non potestis ? »

PLINE LE JEUNE, *Lettres*, II, 20.

---

[1] Sous-entendre *coniux.*
[2] Accusatif d'exclamation.
[3] *Per salutem filii :* comprendre « sur la tête de son fils ».
[4] *peierasset = peierauisset.*

Tournez la page S.V.P.

Le dépositaire et le Serment

Παρακαταθήκην τις λαβὼν φίλου ἀποστερεῖν διενοεῖτο. Καὶ δὴ προσκαλουμένου αὐτὸν ἐκείνου ἐπὶ ὅρκον, εὐλαβούμενος εἰς ἀγρὸν ἐπορεύετο. Γενόμενος δὲ κατὰ τὰς πύλας, ὡς ἐθεάσατό τινα χωλὸν ἐξιόντα, ἐπυνθάνετο αὐτοῦ τίς τε εἴη καὶ ποῖ πορεύοιτο. Τοῦ δὲ εἰπόντος αὐτὸν Ὅρκον εἶναι καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσεβεῖς βαδίζειν, ἐκ δευτέρου ἠρώτα διὰ πόσου χρόνου ἐπιφοιτᾶν ταῖς πόλεσι εἴωθεν. Ὁ δὲ ἔφη· « Διὰ τεσσαράκοντα ἐτῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ τριάκοντα. » Καὶ ὃς οὐδὲν μελλήσας τῇ ὑστεραίᾳ ὤμοσε μὴ εἰληφέναι τὴν παρακαταθήκην. Περιπεσὼν δὲ τῷ Ὅρκῳ, καὶ ἀπαγόμενος ὑπ’ αὐτοῦ ἐπὶ κρημνόν, ᾐτιᾶτο αὐτόν ὡς προειπὼν αὐτῷ διὰ τριάκοντα ἐτῶν ἐπιπορεύεσθαι, οὐδὲ πρὸς μίαν ἡμέραν ἄδειαν δέδωκεν. Ὁ δὲ ὑπολαβὼν ἔφη· « Ἀλλ’ εὖ ἴσθι ὡς, ὅταν μέλλῃ τις ἀνιᾶσαί με, καὶ αὐθημερὸν ἐπιφοιτᾶν εἴωθα. »

Ὁ λόγος δηλοῖ ὅτι ἀδιόριστός ἐστιν ἡ κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐκ θεοῦ τιμωρία.

Esope

IN CHOISY – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Contre le goût du luxe des jeunes filles

O pereat quicumque[1] legit uiridesque[2] smaragdos
 et niueam Tyrio murice tingit ouem !
Hic dat auaritiae causas et Coa puellis
 uestis et e Rubro lucida concha mari ;
haec fecere malas ; hinc clauim ianua sensit
 et coepit custos liminis esse canis ;
sed pretium si grande feras, custodia uicta est
 nec prohibent claues et canis ipse tacet.
Heu ! quicumque dedit formam caelestis auarae,
 quale bonum multis attulit ille malis !
Hinc fletus rixaeque sonant, haec denique causa
 fecit ut infamis nunc deus exstet Amor.
At tibi, quae pretio uictos excludis amantes,
 eripiant partas uentus et ignis opes :
quin[3] tua tunc iuuenes spectent incendia laeti,
 nec quisquam flammae sedulus addat aquam ;
seu ueniet tibi mors, nec erit qui lugeat ullus
 nec qui det maestas munus in exsequias.
At bona quae nec auara fuit, centum licet annos
 uixerit, ardentem flebitur ante rogum ;
atque aliquis senior ueteres ueneratus amores
 annua constructo serta dabit tumulo
et « bene » discedens dicet « placideque quiescas,
 terraque securae sit super ossa leuis. »

TIBULLE

---

[1] *quicumque* : « quiconque ».
[2] *uiridesque* : lire *uirides*.
[3] *quin* : particule d'affirmation.

Tournez la page S.V.P.

Le messager raconte ce que Créon vient de découvrir dans la grotte où Antigone a été emmurée.

Φωνῆς δ’ ἄπωθεν ὀρθίων κωκυμάτων
κλύει τις ἀκτέριστον ἀμφὶ παστάδα,
καὶ δεσπότῃ Κρέοντι σημαίνει μολών·
τῷ δ’ ἀθλίας ἄσημα περιβαίνει βοῆς
ἕρποντι μᾶλλον ἆσσον, οἰμώξας δ’ ἔπος
ἵησι δυσθρήνητον· « Ὦ τάλας ἐγώ,
ἆρ’ εἰμὶ μάντις; ἆρα δυστυχεστάτην
κέλευθον ἕρπω τῶν παρελθουσῶν ὁδῶν;
παιδός με σαίνει φθόγγος. Ἀλλά, πρόσπολοι,
ἴτ’ ἆσσον ὠκεῖς, καὶ παραστάντες τάφῳ
ἀθρήσαθ’, ἁρμὸν χώματος λιθοσπαδῆ
δύντες πρὸς αὐτὸ στόμιον, εἰ τὸν Αἵμονος
φθόγγον συνίημ’, ἢ θεοῖσι κλέπτομαι. »
Τάδ’ ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελεύσμασιν
ἠθροῦμεν· ἐν δὲ λοισθίῳ τυμβεύματι
τὴν μὲν κρεμαστὴν αὐχένος κατείδομεν,
βρόχῳ μιτώδει σινδόνος καθημμένην,
τὸν δ’ ἀμφὶ μέσσῃ περιπετῆ προσκείμενον,
εὐνῆς ἀποιμώζοντα τῆς κάτω φθορὰν
καὶ πατρὸς ἔργα καὶ τὸ δύστηνον λέχος.

Sophocle

IN CHOISY – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Il ne faut pas se mettre en colère contre des broutilles

Inde et illud sequitur ut minimis sordidissimisque rebus non exacerbemur. Parum agilis est puer aut tepidior aqua poturo[1] aut turbatus torus aut mensa neglegentius posita : ad ista concitari insania est. Aeger et infelicis ualetudinis est quem leuis aura contraxit, adfecti oculi quos candida uestis obturbat, dissolutus deliciis cuius latus alieno labore condoluit. Mindyriden[2] aiunt fuisse ex Sybaritarum ciuitate qui, cum uidisset fodientem et altius rastrum adleuantem, lassum se fieri questus uetuit illum opus in conspectu suo facere ; bilem habere saepius questus est, quod foliis rosae duplicatis incubuisset.

Vbi animum simul et corpus uoluptates corrupere, nihil tolerabile uidetur, non quia dura, sed quia mollis patitur. Quid est enim cur tussis alicuius aut sternutamentum aut musca parum curiose fugata in rabiem agat aut obuersatus canis aut clauis neglegentis serui manibus elapsa ? Feret iste aequo animo ciuile conuicium et ingesta in contione curiaue maledicta, cuius aures tracti subsellii stridor offendit ? Perpetietur hic famem et aestiuae expeditionis sitim, qui puero male diluenti niuem irascitur ? Nulla itaque res magis iracundiam alit quam luxuria intemperans et impatiens : dure tractandus animus est, ut ictum non sentiat nisi grauem.

SÉNÈQUE

---

1 = datif.
2 = accusatif singulier de *Mindyrides* (nom propre).

Tournez la page S.V.P.

La gloire n'est qu'une illusion

Οὐδὲν γάρ, οὐδὲν τῶν ἐν τῇ σκηνῇ γινομένων καὶ τῆς τῶν ἐαρινῶν ἀνθέων ὥρας τὰ τοῦ κόσμου λαμπρὰ διενήνοχε. Πρῶτον μὲν γὰρ πρὶν ἢ φανῆναι ἀφίπταται· ἔπειτα δὲ κἂν μικρὸν ἀναμεῖναι ἀνάσχηται χρόνον, εὐθέως εὔφθαρτα γίνεται. Τί γὰρ τῆς παρὰ τῶν πολλῶν τιμῆς καὶ δόξης οὐδαμινέστερον; Τίνα ἔχει τὸν καρπόν, ποίαν τὴν ὄνησιν; Εἰς ποῖον τέλος χρήσιμον ἀπαντᾷ; Καὶ εἴθε τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινόν· νυνὶ δὲ πρὸς τῷ μηδὲν ἔχειν ἀπὸ τούτου κερδαίνειν καλόν, πολλὰ λυπηρὰ καὶ ἐπιβλαβῆ φέρειν ἀναγκάζεται συνεχῶς ὁ τὴν χαλεπωτάτην ταύτην δέσποιναν ἔχων. Δέσποινα γάρ ἐστι τῶν ἐχόντων αὐτὴν καὶ ὅσῳπερ ἂν κολακεύηται παρὰ τῶν δούλων, τοσούτῳ πλέον αἴρεται κατ' αὐτῶν καὶ σκληροτέροις αὐτοὺς κατατείνει τοῖς ἐπιτάγμασι· τοὺς δὲ διαπτύοντας αὐτὴν καὶ παρορῶντας οὐδὲ αὐτὴ λοιπὸν ἀμύνασθαι δύναιτ' ἄν· οὕτω καὶ τυράννου καὶ θηρίου παντός ἐστι χαλεπωτέρα. Ὁ μὲν γὰρ τύραννος καὶ τὸ θηρίον τιθασσεύονται διὰ θεραπείας πολλάκις, αὕτη δὲ τότε μάλιστα ἀγριαίνει ὅταν αὐτῇ πειθώμεθα, κἂν εὕρῃ τὸν ἀκουσόμενον καὶ εἰς πάντα εἴξοντα, οὐδέν ἐστιν ὃ παραιτεῖται ἐπιτάξαι λοιπόν.

Jean Chrysostome

IN CHOISY – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

La destruction de Persépolis

Alexandre s'est emparé de Persépolis, une capitale de l'empire perse, où se trouve le palais royal qui n'a pas été détruit lors du sac de la ville.

De die inibat[1] conuiuia quibus feminae intererant, non quidem quas uiolari nefas esset, quippe pelices licentius quam decebat cum armato uiuere adsuetae. Ex his una, Thais, et ipsa temulenta, maximam apud omnes Graecos initurum[2] gratiam adfirmat, si regiam Persarum iussisset incendi : expectare hoc eos quorum urbes Barbari delessent. Ebrio scorto de tanta re ferente sententiam, unus, alter – et ipsi mero onerati – adsentiuntur. Rex quoque auidior fuit quam patientior : « Quin igitur ulciscimur Graeciam et urbi faces subdimus ? » Omnes incaluerant mero : itaque surgunt temulenti ad incendendam urbem, cui armati pepercerant. Primus rex ignem regiae iniecit, tum conuiuae et ministri pelicesque. Multa cedro aedificata erat regia, quae celeriter igne concepto late fudit incendium.

Quod ubi exercitus, qui haud procul urbe tendebat, conspexit, fortuitum ratus ad opem ferendam concurrit. Sed ut ad uestibulum regiae uentum est, uident regem ipsum adhuc aggerentem faces. Omissa igitur quam portauerant aqua, ipsi aridam materiem in incendium iacere coeperunt. Hunc exitum habuit regia totius Orientis, unde tot gentes antea iura petebant, patria tot regum, unicus quondam Graeciae terror, molita mille nauium classem et exercitus, quibus Europa inundata est.

QUINTE-CURCE

---

[1] Le sujet est Alexandre
[2] Comprendre : *Alexandrum initurum esse.*

Tournez la page S.V.P.

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

La destruction de Persépolis

Alexandre s'est emparé de Persépolis, une capitale de l'empire perse, où se trouve le palais royal qui n'a pas été détruit lors du sac de la ville.

De die inibat[1] conuiuia quibus feminae intererant, non quidem quas uiolari nefas esset, quippe pelices licentius quam decebat cum armato uiuere adsuetae. Ex his una, Thais, et ipsa temulenta, maximam apud omnes Graecos initurum[2] gratiam adfirmat, si regiam Persarum iussisset incendi : expectare hoc eos quorum urbes Barbari delessent. Ebrio scorto de tanta re ferente sententiam, unus, alter – et ipsi mero onerati – adsentiuntur. Rex quoque auidior fuit quam patientior : « Quin igitur ulciscimur Graeciam et urbi faces subdimus ? » Omnes incaluerant mero : itaque surgunt temulenti ad incendendam urbem, cui armati pepercerant. Primus rex ignem regiae iniecit, tum conuiuae et ministri pelicesque. Multa cedro aedificata erat regia, quae celeriter igne concepto late fudit incendium.

Quod ubi exercitus, qui haud procul urbe tendebat, conspexit, fortuitum ratus ad opem ferendam concurrit. Sed ut ad uestibulum regiae uentum est, uident regem ipsum adhuc aggerentem faces. Omissa igitur quam portauerant aqua, ipsi aridam materiem in incendium iacere coeperunt. Hunc exitum habuit regia totius Orientis, unde tot gentes antea iura petebant, patria tot regum, unicus quondam Graeciae terror, molita mille nauium classem et exercitus, quibus Europa inundata est.

QUINTE-CURCE

---

[1] Le sujet est Alexandre
[2] Comprendre : *Alexandrum initurum esse.*

Tournez la page S.V.P.

La mort d'Alcibiade

Réfugié en Phrygie avec la courtisane Timandra, Alcibiade fait un rêve.

Ἐδόκει περικεῖσθαι μὲν αὐτὸς τὴν ἐσθῆτα τῆς ἑταίρας, ἐκείνην δὲ τὴν κεφαλὴν ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἔχουσαν αὐτοῦ κοσμεῖν τὸ πρόσωπον ὥσπερ γυναικὸς ὑπογράφουσαν καὶ ψιμυθιοῦσαν. Ἕτεροι δέ φασιν ἰδεῖν τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνοντας αὐτοῦ τοὺς περὶ τὸν Βαγαῖον[1] ἐν τοῖς ὕπνοις καὶ τὸ σῶμα καιόμενον. Ἀλλὰ τὴν μὲν ὄψιν οὐ πολὺ γενέσθαι λέγουσι πρὸ τῆς τελευτῆς. Οἱ δὲ πεμφθέντες ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐτόλμησαν εἰσελθεῖν, ἀλλὰ κύκλῳ τὴν οἰκίαν περιστάντες ἐνεπίμπρασαν. Αἰσθόμενος δ' ὁ Ἀλκιβιάδης, τῶν μὲν ἱματίων τὰ πλεῖστα καὶ τῶν στρωμάτων συναγαγὼν ἐπέρριψε τῷ πυρί, τῇ δ' ἀριστερᾷ χειρὶ τὴν ἑαυτοῦ χλαμύδα περιελίξας, τῇ δὲ δεξιᾷ σπασάμενος τὸ ἐγχειρίδιον, ἐξέπεσεν ἀπαθὴς ὑπὸ τοῦ πυρὸς πρὶν ἢ διαφλέγεσθαι τὰ ἱμάτια, καὶ τοὺς βαρβάρους ὀφθεὶς διεσκέδασεν. Οὐδεὶς γὰρ ὑπέμεινεν αὐτὸν οὐδ' εἰς χεῖρας συνῆλθεν, ἀλλ' ἀποστάντες ἔβαλλον ἀκοντίοις καὶ τοξεύμασιν. Οὕτω δ' αὐτοῦ πεσόντος καὶ τῶν βαρβάρων ἀπελθόντων, ἡ Τιμάνδρα τὸν νεκρὸν ἀνείλετο, καὶ τοῖς αὑτῆς περιβαλοῦσα καὶ περικαλύψασα χιτωνίσκοις, ἐκ τῶν παρόντων ἐκήδευσε λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως.

Plutarque

[1] Bagaios fut envoyé par Pharnabaze pour exécuter Alcibiade.

IN CHOISY – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

L'abondance de biens matériels ne rend pas un homme riche

M'. Manilius[1] patrum nostrorum memoria – ne semper Curios et Luscinos loquamur – pauper tandem fuit ? Habuit enim aediculas in Carinis[2] et fundum in Labicano ; nos igitur diuitiores qui plura habemus ? Vtinam quidem ! Sed non aestimatione census, uerum uictu atque cultu terminatur pecuniae modus. Non esse cupidum pecunia est, non esse emacem uectigal est ; contentum uero suis rebus esse maximae sunt certissimaeque diuitiae.

Etenim si isti callidi rerum aestimatores prata et areas quasdam magno aestimant, quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest, quanti est aestimanda uirtus, quae nec eripi nec subripi potest, neque naufragio neque incendio amittitur, nec tempestatum nec temporum perturbatione mutatur ! Qua praediti qui sunt, soli sunt diuites ; soli enim possident res et fructuosas et sempiternas, solique – quod est proprium diuitiarum – contenti sunt rebus suis, satis esse putant quod est, nihil adpetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt. Improbi autem et auari, quoniam incertas atque in casu positas possessiones habent et plus semper adpetunt nec eorum quisquam adhuc inuentus est cui quod haberet esset satis, non modo non copiosi ac diuites sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt.

CICÉRON

---

[1] Célèbre orateur et jurisconsulte, consul en 149 av. J.-C.
[2] Les Carènes (quartier de Rome).

Tournez la page S.V.P.

Se moquant d'Euthydème qui prétend faire de la politique sans s'y être formé, Socrate imagine avec ironie le discours que le jeune homme pourrait tenir pour expliquer ce choix.

Δῆλον γὰρ ὅτι λέγειν ἀρχόμενος ὧδε προοιμιάσεται· « Παρ' οὐδενὸς μὲν πώποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδὲν ἔμαθον, οὐδ' ἀκούων τινὰς εἶναι λέγειν τε καὶ πράττειν ἱκανοὺς ἐζήτησα τούτοις ἐντυχεῖν, οὐδ' ἐπεμελήθην τοῦ διδάσκαλόν τινά μοι γενέσθαι τῶν ἐπισταμένων, ἀλλὰ καὶ τἀναντία· διατετέλεκα γὰρ φεύγων οὐ μόνον τὸ μανθάνειν τι παρά τινος, ἀλλὰ καὶ τὸ δόξαι. Ὅμως δὲ ὅ τι ἂν ἀπὸ ταὐτομάτου ἐπίῃ μοι συμβουλεύσω ὑμῖν. » Ἁρμόσειε δ' ἂν οὕτω προοιμιάζεσθαι καὶ τοῖς βουλομένοις παρὰ τῆς πόλεως ἰατρικὸν ἔργον[1] λαβεῖν· ἐπιτήδειον γὰρ ἂν αὐτοῖς εἴη τοῦ λόγου ἄρχεσθαι ἐντεῦθεν· « Παρ' οὐδενὸς μὲν πώποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἔμαθον, οὐδ' ἐζήτησα διδάσκαλον ἐμαυτῷ γενέσθαι τῶν ἰατρῶν οὐδένα· διατετέλεκα γὰρ φυλαττόμενος οὐ μόνον τὸ μαθεῖν τι παρὰ τῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ δόξαι μεμαθηκέναι τὴν τέχνην ταύτην. Ὅμως δέ μοι τὸ ἰατρικὸν ἔργον δότε· πειράσομαι γὰρ ἐν ὑμῖν ἀποκινδυνεύων μανθάνειν. » Πάντες οὖν οἱ παρόντες ἐγέλασαν ἐπὶ τῷ προοιμίῳ.

Xénophon

[1] Il existait à Athènes des charges de médecins rémunérés par la cité.

IN CHOISY – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Les défenses des éléphants

Pline l'Ancien explique comment réagissent les éléphants lorsqu'ils sont chassés pour leur ivoire.

Praedam ipsi in se expetendam sciunt[1] solam esse in armis suis, quae Iuba cornua appellat, Herodotus tanto antiquior et consuetudo melius dentes. Quam ob rem deciduos casu aliquo uel senecta defodiunt. Hoc solum ebur est ; cetero et in his[2] quoque, qua corpus intexit, uilitas ossea. Quamquam nuper ossa etiam in laminas secari coepere paenuria : etenim rara amplitudo iam dentium praeterquam ex India reperitur ; cetera in nostro orbe cessere luxuriae. Dentium candore intellegitur iuuenta. Circa hos beluis summa cura : alterius mucroni parcunt, ne sit proeliis hebes, alterius operario usu fodiunt radices, inpellunt moles ; circumuentique a uenantibus primos constituunt quibus sint minimi, ne tanti proelium putetur ; postea fessi inpactos arbori frangunt praedaque se redimunt.

Mirum in plerisque animalium scire quare petantur, sed et percuncta quid caueant. Elephans, homine obuio forte in solitudine et simpliciter oberrante, clemens placidusque etiam demonstrare uiam traditur ; idem, uestigio hominis animaduerso prius quam homine, intremescere insidiarum metu, subsistere ab olfactu, circumspectare, iras proflare nec calcare, sed erutum[3] proximo tradere, illum[4] sequenti, simili nuntio usque ad extremum ; tunc agmen circumagi et reuerti aciemque derigi : adeo omnium odori durare uirus illud maiore ex parte ne nudorum quidem pedum.

Pline l'Ancien.

---

[1] *Sciunt* a pour sujet « les éléphants ».
[2] *His* renvoie aux défenses.
[3] Sous-entendre *uestigium.*
[4] *Illum* renvoie à *proximo.*

Tournez la page S.V.P.

Jason, réfugié à Corinthe avec Médée, a décidé d'épouser la fille du roi de Corinthe. Face à la jalousie de Médée, il se justifie auprès d'elle de ce nouveau mariage.

Ἃ δ’ ἐς γάμους μοι βασιλικοὺς ὠνείδισας,
ἐν τῷδε δείξω πρῶτα μὲν σοφὸς γεγώς,
ἔπειτα σώφρων, εἶτα σοὶ μέγας φίλος
καὶ παισὶ τοῖς ἐμοῖσιν – ἀλλ’ ἔχ’ ἥσυχος.
Ἐπεὶ μετέστην δεῦρ’ Ἰωλκίας χθονός
πολλὰς ἐφέλκων συμφορὰς ἀμηχάνους,
τί τοῦδ’ ἂν εὕρημ’ ηὗρον εὐτυχέστερον
ἢ παῖδα γῆμαι βασιλέως φυγὰς γεγώς;
Οὐχ, ᾗ σὺ κνίζῃ, σὸν μὲν ἐχθαίρων λέχος,
καινῆς δὲ νύμφης ἱμέρῳ πεπληγμένος,
οὐδ’ εἰς ἅμιλλαν πολύτεκνον σπουδὴν ἔχων·
ἅλις γὰρ οἱ γεγῶτες οὐδὲ μέμφομαι·
ἀλλ’ ὡς, τὸ μὲν μέγιστον, οἰκοῖμεν καλῶς
καὶ μὴ σπανιζοίμεσθα, γιγνώσκων ὅτι
πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος,
παῖδας δὲ θρέψαιμ’ ἀξίως δόμων ἐμῶν
σπείρας τ’ ἀδελφοὺς τοῖσιν ἐκ σέθεν τέκνοις
ἐς ταὐτὸ θείην, καὶ ξυναρτήσας γένος
εὐδαιμονοίην. Σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ;
ἐμοί τε λύει τοῖσι μέλλουσιν τέκνοις
τὰ ζῶντ’ ὀνῆσαι. Μῶν βεβούλευμαι κακῶς;

Euripide, *Médée*.

IN CHOISY – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Une leçon de philosophie appliquée

Plutarchus seruo suo, nequam homini et contumaci, sed libris disputationibusque philosophiae aures inbutas habenti, tunicam detrahi ob nescio quod delictum caedique eum loro iussit. Coeperat uerberari, et obloquebatur non meruisse ut uapulet ; nihil mali, nihil sceleris admisisse. Postremo uociferari inter uapulandum incipit, neque iam querimonias aut gemitus eiulatusque facere, sed uerba seria et obiurgatoria : non ita esse Plutarchum, ut philosophum deceret ; irasci turpe esse ; saepe eum de malo irae dissertauisse, librum quoque περὶ ἀοργησίας[1] pulcherrimum conscripsisse ; his omnibus quae in eo libro scripta sint nequaquam conuenire, quod prouolutus effususque in iram plurimis se plagis multaret.

Tum Plutarchus lente et leniter : « Quid autem, inquit, uerbero[2], nunc ego tibi irasci uideor ? Ex uultune meo an ex uoce, an ex colore, an etiam ex uerbis correptum esse me ira intellegis ? Mihi quidem neque oculi, opinor, truces sunt neque os turbidum, neque inmaniter clamo, neque in spumam ruboremue efferuesco, neque pudenda dico aut paenitenda, neque omnino trepido ira et gestio. Haec enim omnia, si ignoras, signa esse irarum solent. » Et simul ad eum qui caedebat conuersus : « Interim, inquit, dum ego atque hic disputamus, tu hoc age. »

Aulu-Gelle

---

[1] *περὶ ἀοργησίας* : « sur l'impassibilité »
[2] *uerbero* : substantif

Tournez la page S.V.P.

Socrate explique que les Spartiates sont plus cultivés qu'ils ne le laissent croire.

Φιλοσοφία γάρ ἐστιν παλαιοτάτη τε καὶ πλείστη τῶν Ἑλλήνων ἐν Κρήτῃ τε καὶ ἐν Λακεδαίμονι, καὶ σοφισταὶ πλεῖστοι γῆς ἐκεῖ εἰσιν· ἀλλ' ἐξαρνοῦνται καὶ σχηματίζονται ἀμαθεῖς εἶναι, ἵνα μὴ κατάδηλοι ὦσιν ὅτι σοφίᾳ τῶν Ἑλλήνων περίεισιν, ὥσπερ οὓς Πρωταγόρας ἔλεγε τοὺς σοφιστάς, ἀλλὰ δοκῶσιν τῷ μάχεσθαι καὶ ἀνδρείᾳ περιεῖναι, ἡγούμενοι, εἰ γνωσθεῖεν ᾧ περίεισιν, πάντας τοῦτο ἀσκήσειν, τὴν σοφίαν. Νῦν δὲ ἀποκρυψάμενοι ἐκεῖνο ἐξηπατήκασιν τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι λακωνίζοντας, καὶ οἱ μὲν ὦτά τε κατάγνυνται[1] μιμούμενοι αὐτούς, καὶ ἱμάντας περιειλίττονται[2] καὶ φιλογυμναστοῦσιν καὶ βραχείας ἀναβολὰς φοροῦσιν, ὡς δὴ τούτοις κρατοῦντας τῶν Ἑλλήνων τοὺς Λακεδαιμονίους· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἐπειδὰν βούλωνται ἀνέδην τοῖς παρ' αὐτοῖς συγγενέσθαι σοφισταῖς, καὶ ἤδη ἄχθωνται λάθρᾳ ξυγγιγνόμενοι, ξενηλασίας ποιούμενοι τῶν τε λακωνιζόντων τούτων καὶ ἐάν τις ἄλλος ξένος ὢν ἐπιδημήσῃ, συγγίγνονται τοῖς σοφισταῖς λανθάνοντες τοὺς ξένους, καὶ αὐτοὶ οὐδένα ἐῶσιν τῶν νέων εἰς τὰς ἄλλας πόλεις ἐξιέναι, ὥσπερ οὐδὲ Κρῆτες, ἵνα μὴ ἀπομανθάνωσιν ἃ αὐτοὶ διδάσκουσιν.

Platon

1 Ὦτά... κατάγνυνται : comme ceux qui passent leur temps à se battre.

2 Περιειλίττονται : forme ionienne pour περιελίττονται. Ἱμάντας περιειλίττονται : comme les lutteurs.

IMPRIMERIE NATIONALE – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

LES PROGRÈS DU GÉNIE HUMAIN

Necdum[1] etiam doctas sollertia fecerat artes,
Terraque sub rudibus cessabat uasta colonis ;
Tumque in desertis habitabat montibus aurum,
Immotusque nouos pontus subduxerat orbes,
Nec uitam pelago nec uentis credere uota
Audebant ; se quisque satis nouisse putabant.
Sed cum longa dies acuit mortalia corda
Et labor ingenium miseris dedit et sua quemque
Aduigilare sibi iussit fortuna premendo,
Seducta in uarias certarunt pectora curas
Et, quodcumque sagax temptando repperit usus,
In commune bonum commentum laeta dederunt.
Tunc et lingua suas accepit barbara leges,
Et fera diuersis exercita frugibus arua,
Et uagus in caecum penetrauit nauita pontum,
Fecit et ignotis iter in commercia terris.
Tum belli pacisque artes commenta uetustas ;
Semper enim ex aliis alias proseminat usus.
Ne uulgata canam, linguas didicere uolucrum,
Consultare[2] fibras et rumpere uocibus angues,
Sollicitare umbras imumque Acheronta mouere,
In noctemque dies, in lucem uertere noctes.
Omnia conando docilis sollertia uicit.
Nec prius imposuit rebus finemque modumque
Quam caelum ascendit ratio cepitque profundam
Naturam rerum causis uiditque quod usquam est.

Manilius

---

[1] Manilius commence par décrire l'humanité primitive.
[2] Rétablir <didicere> avant consultare.

Tournez la page S.V.P.

VERSION GRECQUE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou plusieurs dictionnaires grec-français est autorisé (à l'exclusion du tout autre recueil de vocabulaire)

Un exemple de piété filiale.

Παρ᾽ ὧν γὰρ τὴν ἀρχὴν τοῦ ζῆν εἰλήφαμεν καὶ πλεῖστα ἀγαθὰ πεπόνθαμεν, εἰς τούτους μὴ ὅτι[1] ἁμαρτεῖν, ἀλλὰ μὴ εὐεργετοῦντας τὸν αὑτῶν βίον καταναλῶσαι μέγιστον ἀσέβημά ἐστι. Λέγεται γοῦν ἐν Σικελίᾳ (εἰ γὰρ καὶ μυθωδέστερόν ἐστιν, ἀλλ᾽[2] ἁρμόσει καὶ νῦν ἅπασι τοῖς νεωτέροις ἀκοῦσαι) ἐκ τῆς Αἴτνης ῥύακα πυρὸς γενέσθαι· τοῦτον δὲ ῥεῖν φασιν ἐπί τε τὴν ἄλλην χώραν, καὶ δὴ καὶ πρὸς πόλιν τινὰ τῶν ἐκεῖ κατοικουμένων. Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὁρμῆσαι πρὸς φυγήν, τὴν αὑτῶν σωτηρίαν ζητοῦντας, ἕνα δέ τινα τῶν νεωτέρων, ὁρῶντα τὸν πατέρα πρεσβύτερον ὄντα καὶ οὐχὶ δυνάμενον ἀποχωρεῖν, ἀλλὰ ἐγκαταλαμβανόμενον, ἀράμενον φέρειν. Φορτίου δ᾽ οἶμαι προσγενομένου καὶ αὐτὸς ἐγκατελήφθη. Ὅθεν δὴ καὶ ἄξιον[3] θεωρῆσαι τὸ θεῖον, ὅτι τοῖς ἀνδράσιν τοῖς ἀγαθοῖς εὐμενῶς ἔχει. Λέγεται γὰρ κύκλῳ τὸν τόπον ἐκεῖνον περιρρυῆναι τὸ πῦρ καὶ σωθῆναι τούτους μόνους, ἀφ᾽ ὧν καὶ τὸ χωρίον ἔτι καὶ νῦν προσαγορεύεσθαι[4] τῶν εὐσεβῶν χῶρον· τοὺς δὲ ταχεῖαν τὴν ἀποχώρησιν ποιησαμένους καὶ τοὺς ἑαυτῶν γονέας ἐγκαταλιπόντας ἅπαντας ἀπολέσθαι.

LYCURGUE

[1] μὴ ὅτι... ἀλλὰ... : « non seulement… mais… ».
[2] ἀλλ᾽ : « néanmoins » (ici).
[3] ἄξιον : traduire ici par « il faut » ou « on peut ».
[4] προσαγορεύεσθαι : infinitif d'attraction modale.

IMPRIMERIE NATIONALE – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

ÉLOGE PAR CICÉRON DE LA POLITIQUE MENÉE PAR CÉSAR EN GAULE

Bellum Gallicum, Patres conscripti, C. Caesare imperatore gestumst, antea tantum modo repulsum. Semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello quam lacessendas putauerunt. Ipse ille C. Marius, cuius diuina atque eximia uirtus magnis populi Romani luctibus funeribusque subuenit, influentis in Italiam Gallorum maximas copias repressit, non ipse ad eorum urbis sedisque penetrauit. Modo ille meorum laborum periculorum consiliorum socius, C. Pomptinus, fortissimus uir, ortum repente bellum Allobrogum atque hac scelerata coniuratione excitatum proeliis fregit eosque domuit qui lacessierant, et ea uictoria contentus re publica metu liberata quieuit. C. Caesaris longe aliam uideo fuisse rationem ; non enim sibi solum cum iis quos iam armatos contra populum Romanum uidebat bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostram dicionem esse redigendam. Itaque cum acerrimis nationibus et maximis Germanorum et Heluetiorum proeliis felicissime decertauit, ceteras conterruit, compulit, domuit, imperio populi Romani parere adsuefecit, et quas regiones quasque gentis nullae nobis antea litterae, nulla uox, nulla fama notas fecerat, has noster imperator nosterque exercitus et populi Romani arma peragrarunt. Semitam tantum Galliae tenebamus antea, Patres conscripti ; ceterae partes a gentibus aut inimicis huic imperio aut infidis aut incognitis aut certe immanibus et barbaris et bellicosis tenebantur ; quas nationes nemo umquam fuit quin frangi domarique cuperet.

Cicéron.

Tournez la page S.V.P.

VERSION GRECQUE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou plusieurs dictionnaires grec-français est autorisé
(à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire)

Après la guerre de Corinthe (393-386), l'Athénien Ergoclès

est accusé de corruption, de vol au préjudice de l'État et de trahison.

Τὰ μὲν κατηγορημένα οὕτως ἐστὶ πολλὰ καὶ δεινά, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὥστε οὐκ ἄν μοι δοκεῖ δύνασθαι Ἐργοκλῆς ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου τῶν πεπραγμένων αὐτῷ πολλάκις ἀποθανὼν δοῦναι δίκην ἀξίαν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει. Καὶ γὰρ πόλεις προδεδωκὼς φαίνεται, καὶ προξένους καὶ πολίτας ὑμετέρους ἠδικηκώς, καὶ ἐκ πένητος ἐκ τῶν ὑμετέρων πλούσιος γεγενημένος. Καίτοι πῶς αὐτοῖς χρὴ συγγνώμην ἔχειν, ὅταν ὁρᾶτε τὰς μὲν ναῦς, ὧν ἦρχον οὗτοι[1], δι' ἀπορίαν χρημάτων καταλυομένας καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγας γιγνομένας, τούτους δὲ πένητας καὶ ἀπόρους ἐκπλεύσαντας οὕτως ταχέως πλείστην τῶν πολιτῶν οὐσίαν κεκτημένους ; ὑμέτερον τοίνυν ἔργον ἐστίν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὀργίζεσθαι· καὶ γὰρ δὴ δεινὸν ἂν εἴη, εἰ νῦν μὲν οὕτως αὐτοὶ πιεζόμενοι ταῖς εἰσφοραῖς συγγνώμην τοῖς κλέπτουσι καὶ τοῖς δωροδοκοῦσιν ἔχοιτε, ἐν δὲ τῷ τέως χρόνῳ, καὶ τῶν οἴκων τῶν ὑμετέρων μεγάλων ὄντων καὶ τῶν δημοσίων προσόδων μεγάλων οὐσῶν, θανάτῳ ἐκολάζετε τοὺς τῶν ὑμετέρων ἐπιθυμοῦντας.

LYSIAS

[1] Ergoclès fait partie des chefs d'une expédition maritime envoyée par Athènes en Asie Mineure.

IMPRIMERIE NATIONALE – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Une éclipse de lune et ses conséquences sur l'armée d'Alexandre le Grand lors de la conquête de la Perse

Dis inuitis in ultimas terras trahi se querebantur[1] : iam nec flumina posse adiri[2] nec sidera pristinum seruare fulgorem, uastas terras, deserta omnia occurrere ; in unius hominis iactationem tot milium sanguinem impendi, fastidio esse patriam[3], abdicari Philippum patrem, caelum uanis cogitationibus petere[4].

Iam prope seditionem res erat, cum ad omnia interritus duces principesque militum frequentes adesse praetorio iubet, Aegyptiosque uates, quos caeli ac siderum peritissimos esse credebat, quid sentirent expromere iubet. At illi, qui satis scirent temporum orbes[5] implere destinatas uices lunamque deficere, cum aut terram subiret aut sole premeretur, rationem quidem ipsis perceptam non edocent uulgus ; ceterum adfirmant solem Graecorum, lunam esse Persarum, quotiensque illa deficiat, ruinam stragemque illis gentibus portendi, ueteraque exempla percensent Persidis regum, quos aduersis dis pugnasse lunae ostendisset defectio.

Nulla res multitudinem efficacius regit quam superstitio : alioqui impotens, saeua, mutabilis, ubi uana religione capta est, melius uatibus quam ducibus suis paret. Igitur edita in uulgus Aegyptiorum responsa rursus ad spem et fiduciam erexere torpentes.

Quinte-Curce

---

[1] Ce verbe a pour sujet *Alexandri milites*.
[2] Allusion aux difficultés qu'avait présentées la traversée du Tigre.
[3] comprendre : *ei fastidio esse patriam*.
[4] comprendre : *eum caelum uanis cogitationibus petere*.
[5] *temporum orbes* : « le cours des astres ».

Tournez la page S.V.P.

Démétrios de Phalère est chargé par le roi Ptolémée Ier de constituer

la grande bibliothèque d'Alexandrie.

Κατασταθεὶς ἐπὶ τῆς τοῦ βασιλέως βιβλιοθήκης Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐχρηματίσθη[1] πολλὰ διάφορα πρὸς τὸ συναγαγεῖν, εἰ δυνατόν, ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην βιβλία· καὶ ποιούμενος ἀγορασμοὺς καὶ μεταγραφὰς ἐπὶ τέλος ἤγαγεν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, τὴν τοῦ βασιλέως πρόθεσιν. Παρόντων οὖν ἡμῶν ἐρωτηθείς· Πόσαι τινὲς μυριάδες τυγχάνουσι βιβλίων; Εἶπεν· Ὑπὲρ τὰς εἴκοσι, βασιλεῦ· σπουδάσω δ' ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πρὸς τὸ πληρωθῆναι πεντήκοντα μυριάδας τὰ λοιπά. Προσήγγελται δέ μοι καὶ τῶν Ἰουδαίων νόμιμα μεταγραφῆς ἄξια καὶ τῆς παρὰ σοὶ βιβλιοθήκης εἶναι. Τί τὸ κωλῦον οὖν, εἶπεν, ἐστί σε τοῦτο ποιῆσαι; Πάντα γὰρ ὑποτέτακταί σοι τὰ πρὸς τὴν χρείαν. Ὁ δὲ Δημήτριος εἶπεν· Ἑρμηνείας προσδεῖται· χαρακτῆρσι γὰρ ἰδίοις κατὰ τὴν Ἰουδαίαν χρῶνται, καθάπερ Αἰγύπτιοι τῇ τῶν γραμμάτων θέσει, καθὸ καὶ φωνὴν ἰδίαν ἔχουσιν. Ὑπολαμβάνονται Συριακῇ[2] χρῆσθαι· τὸ δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἕτερος τρόπος. Μεταλαβὼν δὲ ἕκαστα ὁ βασιλεὺς εἶπε γραφῆναι πρὸς τὸν ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων, ὅπως τὰ προειρημένα τελείωσιν λάβῃ.

ARISTÉE

---

[1] χρηματίζω : donner de l'argent à, payer quelqu'un (τινα)
[2] Συριακός, ή, όν : (adj.) syriaque

IN CHOISY – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

La fin d'une tradition : pourquoi les jeunes garçons n'assistent plus aux séances du Sénat avec leurs pères

Mater Papirii pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, percontata est filium quidnam in senatu patres egissent. Puer respondit tacendum esse neque id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior ; secretum rei et silentium pueri animum eius ad inquirendum euerberat : quaerit igitur compressius uiolentiusque. Tum puer, matre urgente, lepidi atque festiui mendacii consilium capit. Actum[1] in senatu dixit utrum uideretur utilius exque republica[2] esse, unusne ut duas uxores haberet an ut una apud duos nupta esset. Hoc illa ubi audiuit, animus compauescit ; domo trepidans egreditur ad ceteras matronas. Peruenit ad senatum postridie matrum familias caterua ; lacrimantes atque obsecrantes orant una potius ut duobus nupta fieret quam ut uni duae. Senatores ingredientes in curiam, quae illa mulierum intemperies et quid sibi postulatio istaec uellet, mirabantur. Puer Papirius in medium curiae progressus, quid mater audire institisset, quid ipse matri dixisset, rem sicut fuerat denarrat. Senatus fidem atque ingenium pueri exosculatur, consultum facit uti posthac pueri cum patribus in curiam ne introeant, praeter ille unus Papirius, atque puero postea cognomentum honoris gratia inditum « Praetextatus » ob tacendi loquendique in aetate praetextae prudentiam.

Aulu-Gelle

---

[1] *Actum* = *actum esse*

[2] *Ex republica* : « conforme aux intérêts de l'Etat ».

VERSION GRECQUE

Rencontre du chœur des Danaïdes, tout juste arrivées d'Egypte, avec le roi d'Argos, Pélasgos

ΒΑΣΙΛΕΥΣ
Ποδαπὸν ὅμιλον τόνδ᾽ ἀνελληνόστολον[1]
πέπλοισι βαρβάροισι κἀμπυκώμασι
χλίοντα προσφωνοῦμεν ; οὐ γὰρ Ἀργολὶς
ἐσθὴς γυναικῶν οὐδ᾽ ἀφ᾽ Ἑλλάδος τόπων.
Ὅπως δὲ χώραν οὔτε κηρύκων ὕπο,
ἀπρόξενοί τε, νόσφιν ἡγητῶν, μολεῖν
ἔτλητ᾽ ἀτρέστως, τοῦτο θαυμαστὸν πέλει.
Κλάδοι γε μὲν δὴ κατὰ νόμους ἀφικτόρων
κεῖνται παρ᾽ ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις·
μόνον τόδ᾽ Ἑλλὰς χθὼν συνοίσεται στόχῳ[2].
Καὶ τἄλλα πόλλ᾽ ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν,
εἰ μὴ παρόντι φθόγγος ἦν ὁ σημανῶν.

ΧΟΡΟΣ ΔΑΝΑΙΔΩΝ
Εἴρηκας ἀμφὶ κόσμον ἀψευδῆ λόγον.
Ἐγὼ δὲ πρὸς σὲ πότερον ὡς ἔτην λέγω,
ἢ τηρὸν ἱερόραβδον [3], ἢ πόλεως ἀγόν ;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ
Πρὸς ταῦτ᾽ ἀμείβου καὶ λέγ᾽ εὐθαρσὴς ἐμοί·
τοῦ γηγενοῦς γάρ εἰμ᾽ ἐγὼ Παλαίχθονος
ἶνις Πελασγός, τῆσδε γῆς ἀρχηγέτης.
Ἐμοῦ δ᾽ ἄνακτος εὐλόγως ἐπώνυμον
γένος Πελασγῶν τήνδε καρποῦται χθόνα.

ESCHYLE

---

[1] ἀνελληνόστολον : « à l'équipement non grec ».
[2] μόνον τόδ᾽ Ἑλλὰς χθὼν συνοίσεται στόχῳ : « *en cela seulement la terre grecque rencontrera la conjecture* », c'est-à-dire « en cela seulement la conjecture retrouvera la terre grecque ».
[3] ἱερόραβδον : « à la baguette sacrée » (caractéristique du héraut).

IMPRIMERIE NATIONALE – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Après la chute de Troie, Pénélope écrit à Ulysse pour déplorer son absence

Sed mihi quid prodest uestris disiecta lacertis
Ilios, et murus quod fuit esse solum,
si maneo qualis Troia durante manebam
uirque mihi dempto fine carendus abest ?
Diruta sunt aliis, uni mihi Pergama restant,
incola captiuo quae boue uictor arat.
Iam seges est ubi Troia fuit resecandaque falce
luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus ;
semisepulta uirum[1] curuis feriuntur aratris
ossa ; ruinosas occulit herba domos.
Victor abes nec scire mihi quae causa morandi
aut in quo lateas, ferreus, orbe licet.
Quisquis ad haec uertit peregrinam litora puppim,
ille mihi[2] de te multa rogatus abit,
quamque tibi reddat, si te modo uiderit usquam,
traditur huic digitis charta notata meis.
Nos Pylon[3], antiqui Neleia Nestoris arua,
misimus[4] ; incerta est fama remissa Pylo.
Misimus et Sparten ; Sparte quoque nescia ueri.
Quas habitas terras aut ubi lentus abes ?
Vtilius starent etiamnunc moenia Phoebi[5]
(irascor uotis, heu !, leuis ipsa meis).
Scirem ubi pugnares et tantum bella timerem
et mea cum multis iuncta querela foret.

OVIDE

---

[1] uirum = uirorum
[2] mihi = a me
[3] Pylon : accusatif grec
[4] misimus : comprendre : misimus nuntium
[5] Selon la légende Phébus avait été associé à la fondation de Troie.

Tournez la page S.V.P.

Comment Pisistrate prit le pouvoir à Athènes par la force

Δημοτικώτατος δ' εἶναι δοκῶν ὁ Πεισίστρατος καὶ σφόδρ' εὐδοκιμηκὼς ἐν τῷ πρὸς Μεγαρέας πολέμῳ, κατατραυματίσας ἑαυτὸν συνέπεισε τὸν δῆμον, ὡς ὑπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν ταῦτα πεπονθώς, φυλακὴν ἑαυτῷ δοῦναι τοῦ σώματος, Ἀριστίωνος γράψαντος τὴν γνώμην. Λαβὼν δὲ τοὺς κορυνηφόρους καλουμένους, ἐπαναστὰς μετὰ τούτων τῷ δήμῳ κατέσχε τὴν ἀκρόπολιν ἔτει δευτέρῳ καὶ τριακοστῷ μετὰ τὴν τῶν νόμων[1] θέσιν, ἐπὶ Κωμέου ἄρχοντος. Λέγεται δὲ Σόλωνα, Πεισιστράτου τὴν φυλακὴν αἰτοῦντος, ἀντιλέξαι καὶ εἰπεῖν ὅτι τῶν μὲν εἴη σοφώτερος, τῶν δ' ἀνδρειότερος· ὅσοι μὲν γὰρ ἀγνοοῦσι Πεισίστρατον ἐπιτιθέμενον τυραννίδι, σοφώτερος εἶναι τούτων, ὅσοι δ' εἰδότες κατασιωπῶσιν, ἀνδρειότερος. Ἐπεὶ δὲ λέγων οὐκ ἔπειθεν, ἐξαράμενος τὰ ὅπλα πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸς μὲν ἔφη βεβοηθηκέναι τῇ πατρίδι καθ' ὅσον ἦν δυνατός – ἤδη γὰρ σφόδρα πρεσβύτης ἦν –, ἀξιοῦν δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ταὐτὸ τοῦτο ποιεῖν. Σόλων μὲν οὖν οὐδὲν ἤνυσεν τότε παρακαλῶν. Πεισίστρατος δὲ λαβὼν τὴν ἀρχὴν διῴκει τὰ κοινά πολιτικῶς μᾶλλον ἢ τυραννικῶς.

ARISTOTE

---

[1] Il s'agit des lois instituées par Solon.

IMPRIMERIE NATIONALE – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Portrait comparé du sage et de l'homme ambitieux

Hic praesentibus gaudet, ex futuro non pendet ; nihil enim firmi habet, qui in incerta propensus est. Magnis itaque curis exemptus et distorquentibus mentem et nihil sperat aut cupit nec se mittit in dubium, suo contentus. Et, ne illum existimes[1] paruo esse contentum, omnia illius sunt, non sic quemadmodum Alexandri fuerunt, cui quamquam in Rubri maris steterat plus deerat quam qua uenerat. Illius ne ea quidem erant, quae tenebat aut uicerat, cum in Oceano Onesicritus[2] praemissus explorator erraret et bella in ignoto mari quaereret. Non satis apparebat inopem esse, qui extra naturae terminos arma proferret, qui se in profundum inexploratum et inmensum auiditate caeca prorsus immitteret ? Quid interest quot eripuerit regna, quot dederit, quantum terrarum tributo premat ? Tantum illi deest quantum cupit.
Nec hoc Alexandri tantum uitium fuit, quem per Liberi Herculisque uestigia felix temeritas egit, sed omnium quos fortuna inritauit inplendo. Cyrum et Cambysem et totum regni Persici stemma percense : quem inuenies cui modum imperii satietas fecerit, qui non uitam in aliqua ulterius procedendi cogitatione finierit ? Nec id mirum est : quidquid cupiditati contingit, penitus hauritur et conditur.

SÉNÈQUE.

---

[1] Sénèque s'adresse ici à son ami Liberalis.
[2] Onésicrite : général de l'armée d'Alexandre le Grand et auteur d'une histoire de la campagne d'Asie.

Tournez la page S.V.P.

VERSION GRECQUE

Socrate fait un éloge ironique des deux sophistes Euthydème et Dionysodore, dont il vient d'entendre le discours.

Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ αὐτὸς οὕτω διετέθην ὥστε ὁμολογεῖν μηδένας πώποτε ἀνθρώπους ἰδεῖν οὕτω σοφούς, καὶ παντάπασι καταδουλωθεὶς ὑπὸ τῆς σοφίας αὐτοῖν ἐπὶ τὸ ἐπαινεῖν τε καὶ ἐγκωμιάζειν αὐτὼ ἐτραπόμην, καὶ εἶπον· Ὦ μακάριοι σφὼ τῆς θαυμαστῆς φύσεως, οἳ τοσοῦτον πρᾶγμα οὕτω ταχὺ καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐξειργασθον. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα οἱ λόγοι ὑμῶν καλὰ ἔχουσιν, ὦ Εὐθύδημέ τε καὶ Διονυσόδωρε· ἐν δὲ τοῖς καὶ τοῦτο μεγαλοπρεπέστερον, ὅτι τῶν πολλῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν σεμνῶν δὴ καὶ δοκούντων τι εἶναι οὐδὲν ὑμῖν μέλει, ἀλλὰ τῶν ὁμοίων ὑμῖν μόνον. Ἐγὼ γὰρ εὖ οἶδα ὅτι τούτους τοὺς λόγους πάνυ μὲν ἂν ὀλίγοι ἀγαπῷεν ἄνθρωποι ὅμοιοι ὑμῖν, οἱ δ' ἄλλοι οὕτως νοοῦσιν[1] αὐτούς ὥστ' εὖ οἶδ' ὅτι αἰσχυνθεῖεν ἂν μᾶλλον ἐξελέγχοντες τοιούτοις λόγοις τοὺς ἄλλους ἢ αὐτοὶ ἐξελεγχόμενοι. Καὶ τόδε αὖ ἕτερον δημοτικόν τι καὶ πρᾶον ἐν τοῖς λόγοις· ὁπόταν φῆτε μήτε καλὸν εἶναι μηδὲν μήτε ἀγαθὸν πρᾶγμα μήτε λευκὸν μηδ' ἄλλο τῶν τοιούτων μηδέν, μηδὲ τὸ παράπαν ἑτέρων ἕτερον[2], ἀτεχνῶς μὲν τῷ ὄντι ξυρράπτετε τὰ στόματα τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ καί φατε.

PLATON

[1] Le sens de νοεῖν est ici : "se faire une idée de".
[2] μηδὲ τὸ παράπαν ἑτέρων ἕτερον : "ni absolument aucune chose qui diffère des autres".

IMPRIMERIE NATIONALE – D'après documents fournis

VERSION LATINE

Durée : 3 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Les grands hommes sont honorés par tous : l'exemple de Scipion l'Africain

Rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium eius[1] a militibus suis interceptum honoratissime excepit regiisque muneribus donatum ultro et celeriter patri remisit, quamquam ab eo tum maxime finibus imperii[2] pellebatur. Sed et rex et lacessitus maiestatem excellentissimi uiri uenerari quam dolorem suum ulcisci maluit. Ad eundem Africanum in Liternina uilla se continentem conplures praedonum duces uidendum eodem tempore forte confluxerunt. Quos cum ad uim faciendam uenire existimasset, praesidium domesticorum in tecto conlocauit eratque in his repellendis et animo et apparatu occupatus. Quod ut praedones animaduerterunt, dimissis militibus abiectisque armis, ianuae adpropinquant et clara uoce nuntiant Scipioni non uitae eius hostes, sed uirtutis admiratores uenisse, conspectum et congressum tanti uiri quasi caeleste aliquod beneficium expetentes : proinde securum se spectandum praebere ne grauetur. Haec postquam domestici Scipioni retulerunt, fores reserari eosque intromitti iussit. Qui postes ianuae tamquam aliquam religiosissimam aram sanctumque templum uenerati cupide Scipionis dexteram adprehenderunt ac diu osculati, positis ante uestibulum donis, quae deorum inmortalium numini consecrari solent, laeti, quod Scipionem uidisse contigisset, ad lares reuerterunt. Quid hoc fructu maiestatis excelsius, quid etiam iucundius ? Hostis iram admiratione sui placauit, spectaculo praesentiae suae latronum gestientes oculos uidit.

Valère Maxime.

---

[1] *Eius* désigne Scipion l'Africain.
[2] *Imperii* désigne le royaume d'Antiochus.

Tournez la page S.V.P.

VERSION GRECQUE

Durée : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires grec-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Entretien de Lucien avec Homère dans l'île des Bienheureux

Οὔπω δὲ δύο ἢ τρεῖς ἡμέραι διεληλύθεσαν, καὶ προσελθὼν ἐγὼ Ὁμήρῳ τῷ ποιητῇ, σχολῆς οὔσης ἀμφοῖν, τά τε ἄλλα ἐπυνθανόμην καὶ ὅθεν εἴη, λέγων τοῦτο μάλιστα παρ' ἡμῖν εἰσέτι νῦν ζητεῖσθαι. Ὁ δὲ οὐδ' αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖν ἔφασκεν ὡς οἱ μὲν Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, πολλοὶ δὲ Κολοφώνιον αὐτὸν νομίζουσιν· εἶναι μέντοι γε ἔλεγεν Βαβυλώνιος, καὶ παρά γε τοῖς πολίταις οὐχ Ὅμηρος, ἀλλὰ Τιγράνης καλεῖσθαι· ὕστερον δὲ ὁμηρεύσας παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀλλάξαι τὴν προσηγορίαν. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἀθετουμένων στίχων ἐπηρώτων, εἰ ὑπ' ἐκείνου εἰσὶ γεγραμμένοι. Καὶ ὃς ἔφασκε πάντας αὐτοῦ εἶναι. Κατεγίνωσκον οὖν τῶν ἀμφὶ τὸν Ζηνόδοτον καὶ Ἀρίσταρχον γραμματικῶν πολλὴν τὴν ψυχρολογίαν. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἱκανῶς ἀπεκέκριτο, πάλιν αὐτὸν ἠρώτων τί δή ποτε ἀπὸ τῆς μήνιδος τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο· καὶ ὃς εἶπεν οὕτως ἐπελθεῖν αὐτῷ μηδὲν ἐπιτηδεύσαντι. Καὶ μὴν κἀκεῖνο ἐπεθύμουν εἰδέναι, εἰ προτέραν ἔγραψεν τὴν Ὀδύσσειαν τῆς Ἰλιάδος, ὡς οἱ πολλοί φασιν· ὁ δὲ ἠρνεῖτο. Ὅτι μὲν γὰρ οὐδὲ τυφλὸς ἦν, ὃ καὶ αὐτὸ περὶ αὐτοῦ λέγουσιν, αὐτίκα ἠπιστάμην· ἑώρα γάρ, ὥστε οὐδὲ πυνθάνεσθαι ἐδεόμην. Πολλάκις δὲ καὶ ἄλλοτε τοῦτο ἐποίουν, εἴ ποτε αὐτὸν σχολὴν ἄγοντα ἑώρων· προσιὼν γὰρ ἄν τι ἐπυνθανόμην αὐτοῦ, καὶ ὃς προθύμως πάντα ἀπεκρίνετο, καὶ μάλιστα μετὰ τὴν δίκην, ἐπειδὴ ἐκράτησεν· ἦν γάρ τις γραφὴ κατ' αὐτοῦ ἀπενηνεγμένη ὕβρεως ὑπὸ Θερσίτου ἐφ' οἷς αὐτὸν ἐν τῇ ποιήσει ἔσκωψεν, καὶ ἐνίκησεν ὁ Ὅμηρος Ὀδυσσέως συναγορεύοντος.

Lucien, *Histoires vraies.*

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Malheur du poète exilé en terre barbare

Vtque neque insidias capitisque pericula narrem,
Vera quidem, ueri sed grauiora fide,
Viuere quam miserum est inter Bessosque Getasque
Illum qui populi semper in ore fuit !
Quam miserum est porta uitam muroque tueri
Vixque sui tutum uiribus esse loci !
Aspera militiae iuuenis certamina fugi,
Nec nisi lusura mouimus arma manu ;
Nunc senior gladioque latus scutoque sinistram,
Canitiem galeae subicioque meam.
Nam dedit e specula custos ubi signa tumultus,
Induimus trepida protinus arma manu.
Hostis habens arcus inbutaque tela uenenis
Saeuus anhelanti moenia lustrat equo ;
Vtque rapax pecudem quae se non texit ouili
Per sata, per siluas fertque trahitque lupus,
Sic, si quem nondum portarum saepe receptum
Barbarus in campis repperit hostis, habet :
Aut sequitur captus coniectaque uincula collo
Accipit aut telo uirus habente perit.
Hic ego sollicitae iaceo nouus incola sedis :
Heu nimium fati tempora lenta mei !
Et tamen ad numeros antiquaque sacra reuerti
Sustinet in tantis hospita Musa malis.
Sed neque cui recitem quisquam est mea carmina nec qui
Auribus accipiat uerba latina suis.
Ipse mihi – quid enim faciam ? – scriboque legoque,
Tutaque iudicio littera nostra suo est.
Saepe tamen dixi : « Cui nunc haec cura laborat ?
An mea Sauromatae scripta Getaeque legent ? »

Ovide.

VERSION GRECQUE

Durée : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires grec-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

Un roi entremetteur

Pour remercier Spithridatès de ses services, le roi lacédémonien Agésilas cherche à arranger le mariage de la fille de ce dernier avec Otys, le roi de Paphlagonie.

Χάριν δὲ τούτων εἰδὼς Ἀγησίλαος τῷ Σπιθριδάτῃ· Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Σπιθριδάτα, οὐκ ἂν δοίης Ὄτυϊ τὴν θυγατέρα; Πολύ γε, ἔφη, μᾶλλον ἢ ἐκεῖνος ἂν λάβοι φυγάδος ἀνδρὸς[1] βασιλεύων πολλῆς καὶ χώρας καὶ δυνάμεως. Τότε μὲν οὖν ταῦτα μόνον ἐρρήθη περὶ τοῦ γάμου. Ἐπεὶ δὲ Ὄτυς ἔμελλεν ἀπιέναι, ἦλθε πρὸς τὸν Ἀγησίλαον ἀσπασόμενος. Ἤρξατο δὲ λόγου ὁ Ἀγησίλαος παρόντων τῶν τριάκοντα[2], μεταστησάμενος τὸν Σπιθριδάτην. Λέξον μοι, ἔφη, ὦ Ὄτυ, ποίου τινὸς γένους ἐστὶν ὁ Σπιθριδάτης; ὁ δ' εἶπεν ὅτι Περσῶν οὐδενὸς ἐνδεέστερος. Τὸν δὲ υἱόν, ἔφη, ἑόρακας αὐτοῦ ὡς καλός ἐστι; Τί δ' οὐ μέλλω;[3] καὶ γὰρ ἑσπέρας συνεδείπνουν αὐτῷ. Τούτου μέν φασι τὴν θυγατέρα αὐτῷ καλλίονα εἶναι. Νὴ Δί', ἔφη ὁ Ὄτυς, καλὴ γάρ ἐστι. Καὶ ἐγὼ μέν, ἔφη, ἐπεὶ φίλος ἡμῖν γεγένησαι, συμβουλεύοιμ' ἄν σοι τὴν παῖδα ἄγεσθαι γυναῖκα, καλλίστην μὲν οὖσαν, οὗ τί ἀνδρὶ ἥδιον; πατρὸς δ' εὐγενεστάτου, δύναμιν δ' ἔχοντος τοσαύτην, ὃς ὑπὸ Φαρναβάζου[4] ἀδικηθεὶς οὕτω τιμωρεῖται αὐτὸν ὥστε φυγάδα πάσης τῆς χώρας, ὡς ὁρᾷς, πεποίηκεν. Εὖ ἴσθι μέντοι, ἔφη, ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνον ἐχθρὸν ὄντα δύναται τιμωρεῖσθαι, οὕτω καὶ φίλον ἄνδρα εὐεργετεῖν ἂν δύναιτο. Νόμιζε δὲ τούτων πραχθέντων μὴ ἐκεῖνον ἄν σοι μόνον κηδεστὴν εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ καὶ τοὺς ἄλλους Λακεδαιμονίους, ἡμῶν δ' ἡγουμένων τῆς Ἑλλάδος καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα. Καὶ μὴν μεγαλειοτέρως γε σοῦ, εἰ ταῦτα πράττοις, τίς ἄν ποτε γήμειε; ποίαν γὰρ νύμφην πώποτε τοσοῦτοι ἱππεῖς καὶ πελτασταὶ καὶ ὁπλῖται προὔπεμψαν ὅσοι τὴν σὴν γυναῖκα εἰς τὸν σὸν οἶκον προπέμψειαν ἄν;

XÉNOPHON.

---

[1] Spithridatès est un Perse transfuge.
[2] Ce sont les trente commissaires aux armées, délégués par le gouvernement de Sparte.
[3] Τί δ' οὐ μέλλω; : "Et comment ne l'aurais-je pas vu déjà ?".
[4] Pharnabaze, satrape perse.

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé, à l'exception de tout autre recueil de vocabulaire.

DIFFICILE RETOUR D'EXIL

En 47 après J.-C., sous le principat de Claude, le jeune prince chérusque Italicus, neveu d'Arminius, né et élevé à Rome comme un aristocrate romain, est exfiltré dans son pays d'origine par la diplomatie romaine, bien décidée à profiter d'une vacance du pouvoir chez cette peuplade germanique en proie à des luttes intestines continuelles pour installer sur le trône chérusque un de ses pions…

Eodem anno, Cheruscorum gens regem Roma petiuit, amissis per interna bella nobilibus et uno reliquo stirpis regiæ, qui apud Vrbem habebatur nomine Italicus. Paternum huic genus e Flauo, fratre Arminii, mater ex Actumero principe Chattorum erat ; ipse forma decorus et armis equisque in patrium nostrumque morem exercitus. Igitur Cæsar auctum pecunia, additis stipatoribus, hortatur gentile decus magno animo capessere : 'illum primum, Romæ ortum nec obsidem sed ciuem, ire externum ad imperium'. Ac primo lætus Germanis aduentus, atque eo quod nullis discordiis imbutus pari in omnes studio ageret, celebrari, coli, modo comitatem et temperantiam, nulli inuisa, sæpius uinolentiam ac libidines, grata Barbaris, usurpans. Iamque apud proximos, iam longius clarescere, cum potentiam eius suspectantes, qui factionibus floruerant, discedunt ad conterminos populos ac testificantur adimi ueterem Germaniæ libertatem et Romanas opes insurgere : 'adeo neminem isdem in terris ortum, qui principem locum impleat, nisi exploratoris Flaui progenies super cunctos attollatur ? Frustra Arminium præscribi : cuius si filius hostili in solo adultus in regnum uenisset, posse extimesci, infectum alimonio, seruitio, cultu, omnibus externis ; at si paterna Italico mens esset, non alium infensius arma contra patriam ac deos penates quam parentem eius exercuisse'.

His atque talibus magnas copias coegere, nec pauciores Italicum sequebantur. Non enim irrupisse ad inuitos, sed accitum memorabat, quando nobilitate ceteros anteiret : 'uirtutem experirentur an dignum se patruo Arminio, auo Arctumero praeberet. Nec patrem rubori, quod fidem aduersus Romanos uolentibus Germanis sumptam numquam omisisset. Falso libertatis uocabulum ostendi ab iis qui priuatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei nisi per discordias habeant'.

TACITE.

VERSION GRECQUE

Durée : 4 heures

L'usage d'un ou plusieurs dictionnaires grec-français est autorisé
(à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire)

Accusation de meurtre contre une belle-mère

Un jeune homme accuse sa belle-mère d'être responsable de la mort de son père et d'avoir prémédité son crime. Comme ses deux demi-frères cherchent à défendre leur mère au lieu de l'aider à faire punir le meurtre de leur père à tous trois, il demande l'aide des juges.

Δέομαι δ' ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, ἐὰν ἀποδείξω ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ προβουλῆς τὴν τούτων μητέρα φονέα οὖσαν τοῦ ἡμετέρου πατρός, καὶ μὴ ἅπαξ ἀλλὰ πολλάκις ἤδη ληφθεῖσαν τὸν θάνατον τὸν ἐκείνου ἐπ' αὐτοφώρῳ μηχανωμένην, τιμωρῆσαι πρῶτον μὲν τοῖς νόμοις τοῖς ὑμετέροις, οὓς παρὰ τῶν θεῶν καὶ τῶν προγόνων διαδεξάμενοι κατὰ τὸ αὐτὸ ἐκείνοις περὶ τῆς καταψηφίσεως δικάζετε, δεύτερον δ' ἐκείνῳ τῷ τεθνηκότι, καὶ ἅμα ἐμοὶ μόνῳ ἀπολελειμμένῳ βοηθῆσαι. Ὑμεῖς γάρ μοι ἀναγκαῖοι. Οὓς γὰρ ἐχρῆν τῷ μὲν τεθνεῶτι τιμωροὺς γενέσθαι, ἐμοὶ δὲ βοηθούς, οὗτοι τοῦ μὲν τεθνεῶτος φονῆς[1] γεγένηνται, ἐμοὶ δ' ἀντίδικοι καθεστᾶσι. Πρὸς τίνας οὖν ἔλθῃ τις βοηθούς, ἢ ποῖ τὴν καταφυγὴν ποιήσεται ἄλλοθι ἢ πρὸς ὑμᾶς καὶ τὸ δίκαιον ;

Θαυμάζω δ' ἔγωγε καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, ἥντινά ποτε γνώμην ἔχων ἀντίδικος καθέστηκε πρὸς ἐμέ, καὶ εἰ νομίζει τοῦτο εὐσέβειαν εἶναι, τὸ τὴν μητέρα μὴ προδοῦναι. Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι πολὺ ἀνοσιώτερον εἶναι ἀφεῖναι τοῦ τεθνεῶτος τὴν τιμωρίαν, ἄλλως τε καὶ τοῦ μὲν ἐκ προβουλῆς ἀκουσίως ἀποθανόντος, τῆς δὲ ἑκουσίως ἐκ προνοίας ἀποκτεινάσης. Καὶ οὐ τοῦτό γ' ἐρεῖ, ὡς εὖ οἶδεν ὅτι γ' οὐκ ἀπέκτεινεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὸν πατέρα τὸν ἡμέτερον. Ἐν οἷς μὲν[2] γὰρ αὐτῷ ἐξουσία ἦν σαφῶς εἰδέναι, παρὰ τῆς βασάνου[3], οὐκ ἠθέλησεν· ἐν οἷς δ' οὐκ ἦν πυθέσθαι, τοῦτο αὐτὸ προὐθυμήθη. Καίτοι αὐτὸ τοῦτο ἐχρῆν, ὃ καὶ ἐγὼ προὐκαλούμην, προθυμηθῆναι, ὅπως τὸ πραχθὲν ᾖ ἀληθές. Μὴ γὰρ ὁμολογούντων τῶν ἀνδραπόδων οὗτός τ' εὖ εἰδὼς ἂν ἀπελογεῖτο καὶ ἀντέσπευδε πρὸς ἐμέ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἀπήλλακτο ἂν ταύτης τῆς αἰτίας.

ANTIPHON

---

[1] φονῆς : nominatif pluriel attique de φονεύς, έως. Οὗτοι renvoie aux demi-frères de l'accusateur qui défendent leur mère.
[2] Littéralement : « les moyens par lesquels ».
[3] Les dépositions des esclaves n'étaient prises en compte que si elles étaient garanties par la « mise à la question », βάσανος.

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

Incohérence des Stoïciens à l'égard de la divination

Atque ego ne utilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam. Quae enim uita fuisset Priamo, si ab adulescentia scisset quos euentus senectutis esset habiturus ? Abeamus a fabulis, propiora uideamus. Clarissimorum hominum nostrae ciuitatis grauissimos exitus in Consolatione collegimus. Quid igitur ? Vt omittamus superiores, Marcone Crasso putas utile fuisse tum, cum maxumis opibus fortunisque florebat, scire sibi interfecto Publio filio exercituque deleto trans Euphratem cum ignominia et dedecore esse pereundum ? An Cn. Pompeium censes tribus suis consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria laetaturum fuisse, si sciret se in solitudine Aegyptiorum trucidatum iri amisso exercitu, post mortem uero ea consecutura, quae sine lacrimis non possumus dicere ? Quid uero Caesarem putamus, si diuinasset fore ut in eo senatu, quem maiore ex parte ipse cooptasset, in curia Pompeia ante ipsius Pompeii simulacrum tot centurionibus suis inspectantibus a nobilissumis ciuibus, partim etiam a se omnibus rebus ornatis, trucidatus ita iaceret, ut ad eius corpus non modo amicorum, sed ne seruorum quidem quisquam accederet, quo cruciatu animi uitam acturum fuisse ? Certe igitur ignoratio futurorum malorum utilior est quam scientia. Nam illud quidem dici, praesertim a Stoicis, nullo modo potest : 'non isset ad arma Pompeius, non transisset Crassus Euphratem, non suscepisset bellum ciuile Caesar'. Non igitur fatalis exitus habuerunt : uultis autem euenire omnia fato : nihil ergo illis profuisset diuinare ; atque etiam omnem fructum uitae superioris perdidissent : quid enim posset iis esse laetum exitus suos cogitantibus ? Ita, quoquo sese uerterint Stoici, iaceat necesse est omnis eorum sollertia.

CICÉRON.

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

L'usage d'un ou plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé
(à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire)

UN HABILE AMBASSADEUR

In hanc dimicationem duorum opulentissimorum in terris populorum omnes reges gentesque animos intenderant, inter quos Philippus Macedonum rex eo magis quod propior Italiae ac mari tantum Ionio discretus erat. Is ubi primum fama accepit Hannibalem Alpes transgressum, ut bello inter Romanum Poenumque orto laetatus erat, ita utrius populi mallet uictoriam esse incertis adhuc uiribus fluctuatus animo fuerat. Postquam tertia iam pugna, tertia uictoria cum Poenis erat, ad fortunam inclinauit legatosque ad Hannibalem misit ; qui uitantes portus Brundisinum Tarentinumque, quia custodiis nauium Romanarum tenebantur, ad Laciniae Iunonis templum in terram egressi sunt. Inde per Apuliam petentes Capuam media in praesidia Romana inlati sunt deductique ad Valerium Laeuinum praetorem, circa Luceriam castra habentem. Ibi intrepide Xenophanes, legationis princeps, a Philippo rege se missum ait ad amicitiam societatemque iungendam cum populo Romano ; mandata habere ad consules ac senatum populumque Romanum. Praetor inter defectiones ueterum sociorum noua societate tam clari regis laetus admodum hostes pro hospitibus comiter accepit. Dat qui prosequantur ; itinera cum cura demonstrat et quae loca quosque saltus aut Romanus aut hostes teneant. Xenophanes per praesidia Romana in Campaniam, inde qua proximum fuit in castra Hannibalis peruenit foedusque cum eo atque amicitiam iungit legibus his : ut Philippus rex quam maxima classe — ducentas autem naues uidebatur effecturus — in Italiam traiceret et uastaret maritimam oram, bellum pro parte sua terra marique gereret ; ubi debellatum esset, Italia omnis cum ipsa urbe Roma Carthaginiensium atque Hannibalis esset praedaque omnis Hannibali cederet ; perdomita Italia nauigarent in Graeciam bellumque cum quibus regi placeret gererent ; quae ciuitates continentis quaeque insulae ad Macedoniam uergunt, eae Philippi regnique eius essent.

TITE-LIVE

VERSION GRECQUE

Durée : 4 heures

L'usage d'un ou plusieurs dictionnaires grec-français est autorisé
(à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire)

Amour paternel et raison d'Etat

Pour obtenir le départ de la flotte grecque vers Troie, Agamemnon doit sacrifier sa fille Iphigénie. Il tente d'expliquer son acte à la jeune fille, qui se refuse à mourir, et à sa femme Clytemnestre.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ

Τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν,
τὰ νέρθε δ' οὐδέν· μαίνεται δ' ὃς εὔχεται
θανεῖν. Κακῶς ζῆν κρεῖσσον ἢ καλῶς θανεῖν.

ΧΟΡΟΣ

Ὦ τλῆμον Ἑλένη, διὰ σὲ καὶ τοὺς σοὺς γάμους
ἀγὼν Ἀτρείδαις καὶ τέκνοις ἥκει μέγας.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ

Ἐγὼ τά τ' οἰκτρὰ[1] συνετός εἰμι καὶ τὰ μή,
φιλῶ τ' ἐμαυτοῦ τέκνα· μαινοίμην γὰρ ἄν.
Δεινῶς δ' ἔχει μοι ταῦτα τολμῆσαι, γύναι,
δεινῶς δὲ καὶ μή· τοῦτο γὰρ πρᾶξαί με δεῖ.
Ὁρᾶθ' ὅσον στράτευμα ναύφρακτον τόδε,
χαλκέων θ' ὅπλων ἄνακτες Ἑλλήνων ὅσοι,
οἷς νόστος οὐκ ἔστ' Ἰλίου πύργους ἔπι,
εἰ μή σε θύσω, μάντις ὡς Κάλχας λέγει,
οὐδ' ἔστι Τροίας ἐξελεῖν κλεινὸν βάθρον.
Μέμηνε δ' Ἀφροδίτη τις[2] Ἑλλήνων στρατῷ
πλεῖν ὡς τάχιστα βαρβάρων ἐπὶ χθόνα,
παῦσαί τε λέκτρων ἁρπαγὰς Ἑλληνικῶν·
οἳ τὰς ἐν Ἄργει παρθένους κτενοῦσί μου
ὑμᾶς τε κἀμέ, θέσφατ' εἰ λύσω θεᾶς[3].
Οὐ Μενέλεώς[4] με καταδεδούλωται, τέκνον,
οὐδ' ἐπὶ τὸ κείνου βουλόμενον ἐλήλυθα,
ἀλλ' Ἑλλάς, ᾗ δεῖ, κἂν θέλω κἂν μὴ θέλω,
θῦσαί σε· τούτου δ' ἥσσονες καθέσταμεν.
Ἐλευθέραν γὰρ δεῖ νιν ὅσον ἐν σοί, τέκνον,
κἀμοὶ γενέσθαι, μηδὲ βαρβάροις ὕπο
Ἕλληνας ὄντας λέκτρα συλᾶσθαι βίᾳ.

EURIPIDE

1. Τὰ οἰκτρά : accusatif de relation.
2. Ἀφροδίτη τις : "un désir fou de" (+inf.).
3. Il s'agit d'Artémis.
4. Μενέλεως : comme Μενέλαος.

VERSION LATINE

DURÉE : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé (à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire)

LA MORT DE JOCASTE

OEDIPVS – Iam parce uerbis, mater, et parce auribus :
per has reliquias corporis trunci precor,
per inauspicatum sanguinis pignus mei,
per omne nostri nominis fas ac nefas.
IOCASTA – Quid, anime, torpes ? Socia cur scelerum dare
poenas recusas ? Omne confusum perit,
incesta, per te iuris humani decus :
morere et nefastum spiritum ferro exige.
Non si ipse mundum concitans diuum sator
corusca saeua tela iaculetur manu,
umquam rependam sceleribus poenas pares
mater nefanda. Mors placet : mortis uia
quaeratur. Agedum, commoda matri manum,
si parricida es. Restat hoc operi ultimum :
rapiatur ensis ; hoc iacet ferro meus
coniunx, quid illum nomine haud uero uocas ?
Socer est. Vtrumne pectori infigam meo
telum an patenti conditum iugulo inprimam ?
Eligere nescis uulnus : hunc, dextra, hunc pete
uterum capacem, qui uirum et gnatos tulit.
CHORVS – Iacet perempta. Vulneri immoritur manus
ferrumque secum nimius eiecit cruor.
OEDIPVS – Fatidice te, te praesidem ueri deum
compello : solum debui fatis patrem ;
bis parricida plusque quam timui nocens
matrem peremi : scelere confecta est meo.
O Phoebe mendax, fata superaui impia.
Pauitante gressu sequere fallentes uias ;
suspensa plantis efferens uestigia
caecam tremente dextera noctem rege.
Ingredere praeceps, lubricos ponens gradus,
I, profuge : uade ! Siste, ne in matrem incidas.

SÉNÈQUE, *Œdipe*.

VERSION GRECQUE

DURÉE : 4 heures

L'usage d'un ou plusieurs dictionnaires grec-français est autorisé (à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire)

Réaction des Athéniens aux propositions du général perse Mardonios et à celles des ambassadeurs de Lacédémone.

Après avoir pris et brûlé Athènes, le roi perse Xerxès est vaincu par les Grecs dans la rade de Salamine. Il fait alors retraite, mais en laissant derrière lui Mardonios pour continuer la guerre. Celui-ci tente de diviser les Grecs en les menaçant d'une défaite probable sur un terrain plus favorable à ses troupes que la mer; dans le même temps, il promet aux seuls Athéniens l'aide de Xerxès pour reconstruire leur cité.

Καὶ φοβερὸς ἦν [1] ἀπ' ἰσχυρᾶς τῆς περὶ τὸ πεζὸν ἐλπίδος, ἀπειλῶν τοῖς Ἕλλησι καὶ γράφων τοιαῦτα· « Νενικήκατε θαλασσίοις ξύλοις [2] χερσαίους ἀνθρώπους, οὐκ ἐπισταμένους κώπην ἐλαύνειν· ἀλλὰ νῦν πλατεῖα μὲν ἡ Θετταλῶν γῆ, καλὸν δὲ τὸ Βοιώτιον πεδίον ἀγαθοῖς ἱππεῦσι καὶ ὁπλίταις ἐναγωνίσασθαι. » Πρὸς δ' Ἀθηναίους ἔπεμψεν ἰδίᾳ γράμματα καὶ λόγους παρὰ βασιλέως τήν τε πόλιν αὐτοῖς ἀναστήσειν ἐπαγγελλομένου καὶ χρήματα πολλὰ δώσειν καὶ τῶν Ἑλλήνων κυρίους καταστήσειν, ἐκποδὼν τοῦ πολέμου γενομένους. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πυθόμενοι ταῦτα καὶ δείσαντες, ἔπεμψαν Ἀθήναζε πρέσβεις δεόμενοι τῶν Ἀθηναίων ὅπως παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας εἰς Σπάρτην ἀποστείλωσι, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις τροφὰς παρ' αὐτῶν λαμβάνωσιν· ἰσχυρὰ γὰρ ἦν ἀπορία περὶ τὸν δῆμον, ἀπολωλεκότα τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν πρέσβεων ἀκούσαντες, Ἀριστείδου ψήφισμα γράψαντος, ἀπεκρίναντο [3] θαυμαστὴν ἀπόκρισιν, τοῖς μὲν πολεμίοις συγγνώμην ἔχειν φάσκοντες εἰ πάντα πλούτου καὶ χρημάτων ὤνια νομίζοιεν, ὧν κρεῖττον οὐδὲν ἴσασιν, ὀργίζεσθαι δὲ Λακεδαιμονίοις, ὅτι τὴν πενίαν καὶ τὴν ἀπορίαν τὴν νῦν παροῦσαν Ἀθηναίοις μόνον ὁρῶσι, τῆς δ' ἀρετῆς καὶ τῆς φιλοτιμίας ἀμνημονοῦσιν, ἐπὶ σιτίοις ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀγωνίζεσθαι παρακαλοῦντες. Ταῦτα γράψας Ἀριστείδης καὶ τοὺς πρέσβεις εἰς τὴν ἐκκλησίαν παραγαγών, Λακεδαιμονίοις μὲν ἐκέλευσε φράζειν ὡς οὐκ ἔστι χρυσοῦ τοσοῦτον πλῆθος οὔθ' ὑπὲρ γῆν οὔθ' ὑπὸ γῆν ὅσον Ἀθηναῖοι δέξαιντο ἂν πρὸ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. Τοῖς δὲ παρὰ Μαρδονίου τὸν ἥλιον δείξας, « Ἄχρι ἂν οὗτος, ἔφη, ταύτην πορεύηται τὴν πορείαν, Ἀθηναῖοι πολεμήσουσι Πέρσαις ὑπὲρ τῆς δεδῃωμένης χώρας καὶ τῶν ἠσεβημένων καὶ κατακεκαυμένων ἱερῶν. » Ἔτι δ' ἀρὰς θέσθαι τοὺς ἱερεῖς ἔγραψεν, εἴ τις ἐπικηρυκεύσαιτο Μήδοις ἢ τὴν συμμαχίαν ἀπολίποι τῶν Ἑλλήνων.

PLUTARQUE.

VERSION GRECQUE

DURÉE : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires grec-français est autorisé (à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire)

Captive des Grecs, la reine Hécube évoque sa grandeur passée pour exprimer sa déchéance.

Πρῶτον μὲν οὖν μοι τἀγάθ' ἐξᾷσαι φίλον[1]·
τοῖς γὰρ κακοῖσι πλείον' οἶκτον ἐμβαλῶ.
Ἦμεν τύραννοι[2] κεἰς τύραννν' ἐγημάμην,
κἀνταῦθ' ἀριστεύοντ' ἐγεινάμην τέκνα,
οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως, ἀλλ' ὑπερτάτους Φρυγῶν·
οὓς Τρῳὰς οὐδ' Ἑλληνὶς οὐδὲ βάρβαρος
γυνὴ τεκοῦσα κομπάσειεν ἄν ποτε.
Κἀκεῖνά τ' εἶδον δορὶ πεσόνθ' Ἑλληνικῷ
τρίχας τ' ἐτμήθην τάσδε πρὸς τύμβοις νεκρῶν,
καὶ τὸν φυτουργὸν Πρίαμον οὐκ ἄλλων πάρα
κλύουσ' ἔκλαυσα, τοῖσδε δ' εἶδον ὄμμασιν
αὐτὴ κατασφαγέντ' ἐφ' ἑρκείῳ πυρᾷ,
πόλιν θ' ἁλοῦσαν. Ἃς δ' ἔθρεψα παρθένους
ἐς ἀξίωμα νυμφίων ἐξαίρετον,
ἄλλοισι θρέψασ' ἐκ χερῶν ἀφῃρέθην.
Κοὔτ' ἐξ ἐκείνων ἐλπὶς ὡς ὀφθήσομαι,
αὐτή τ' ἐκείνας οὐκέτ' ὄψομαί ποτε.
Τὸ λοίσθιον δέ, θριγκὸς ἀθλίων κακῶν,
δούλη γυνὴ γραῦς Ἑλλάδ' εἰσαφίξομαι.
Ἃ δ' ἐστὶ γήρᾳ τῷδ' ἀσυμφορώτατα,
τούτοις με προσθήσουσιν, ἢ θυρῶν λάτριν
κλῇδας φυλάσσειν, τὴν τεκοῦσαν Ἕκτορα,
ἢ σιτοποιεῖν, κἀν πέδῳ κοίτας ἔχειν
ῥυσοῖσι νώτοις, βασιλικῶν ἐκ δεμνίων,
τρυχηρὰ περὶ τρυχηρὸν εἱμένην χρόα
πέπλων λακίσματ', ἀδόκιμ' ὀλβίοις ἔχειν.

EURIPIDE.

---

[1] Le verbe *ἐστι* est sous-entendu.

[2] Pluriel de majesté, au masculin en grec.

VERSION LATINE

DURÉE : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé
(à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire)

Malgré des vues identiques sur l'urgence d'une action, Cicéron et Cassius ont choisi des moyens différents pour agir dans le bien de l'État.

Etsi uterque nostrum spe pacis et odio ciuilis sanguinis abesse a belli pertinacia uoluit, tamen, quoniam eius consili princeps ego fuisse uideor, plus fortasse tibi praestare ipse debeo quam a te exspectare ; etsi, ut saepe soleo mecum recordari, sermo familiaris meus tecum et item mecum tuus adduxit utrumque nostrum ad id consilium ut uno proelio putaremus, si non totam causam, at certe nostrum iudicium definiri conuenire. Neque quisquam hanc nostram sententiam uere umquam reprehendit praeter eos qui arbitrantur melius esse deleri omnino rem publicam quam imminutam et debilitatam manere. Ego autem ex interitu eius nullam spem scilicet mihi proponebam, ex reliquiis magnam. Sed ea sunt consecuta ut magis mirum sit accidere illa potuisse quam nos non uidisse ea futura nec, homines cum essemus, diuinare potuisse. Equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, ut illo quasi quodam fatali proelio facto et uictores communi saluti consuli uellent et uicti suae ; utrumque autem positum esse arbitrabar in celeritate uictoris. Quae si fuisset, eandem clementiam experta esset Africa quam cognouit Asia, quam etiam Achaia te, ut opinor, ipso legato ac deprecatore. Amissis autem temporibus, quae plurimum ualent, praesertim in bellis ciuilibus, interpositus annus alios induxit ut uictoriam sperarent, alios ut ipsum uinci contemnerent. Atque horum malorum omnium culpam Fortuna sustinet. Quis enim aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adiunctum iri aut nescio quem istum Pharnacem Asiae terrorem illaturum putaret ? Nos tamen in consilio pari casu dissimili usi sumus. Tu enim eam partem petisti ut et consiliis interesses et, quod maxime curam leuat, futura animo prospicere posses ; ego, qui festinaui ut Caesarem in Italia uiderem.... ab illo longissime et absum et afui.

CICÉRON.

VERSION GRECQUE

DURÉE : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires grec-français est autorisé (à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire)

Justification de la conduite d'Alexandre et nouvelle interprétation de la guerre de Troie concourant à un éloge d'Hélène.

Θαυμάζω δ' εἴ τις οἴεται κακῶς βεβουλεῦσθαι τὸν μετὰ ταύτης ζῆν ἑλόμενον, ἧς ἕνεκα πολλοὶ τῶν ἡμιθέων ἀποθνήσκειν ἠθέλησαν. Πῶς δ' οὐκ ἂν ἦν ἀνόητος, εἰ τοὺς θεοὺς εἰδὼς περὶ κάλλους φιλονικοῦντας[1] αὐτὸς κάλλους κατεφρόνησεν, καὶ μὴ ταύτην ἐνόμισε μεγίστην εἶναι τῶν δωρεῶν, περὶ ἧς κἀκείνας[2] ἑώρα μάλιστα σπουδαζούσας;

Τίς δ' ἂν τὸν γάμον τὸν Ἑλένης ὑπερεῖδεν, ἧς ἁρπασθείσης οἱ μὲν Ἕλληνες οὕτως ἠγανάκτησαν ὥσπερ ὅλης τῆς Ἑλλάδος πεπορθημένης, οἱ δὲ βάρβαροι τοσοῦτον ἐφρόνησαν ὅσον περ ἂν εἰ πάντων ἡμῶν ἐκράτησαν. Δῆλον δ' ὡς ἑκάτεροι διετέθησαν· πολλῶν γὰρ αὐτοῖς πρότερον ἐγκλημάτων γενομένων ὑπὲρ μὲν τῶν ἄλλων ἡσυχίαν ἦγον, ὑπὲρ δὲ ταύτης τηλικοῦτον συνεστήσαντο πόλεμον οὐ μόνον τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς, ἀλλὰ καὶ τῷ μήκει τοῦ χρόνου καὶ τῷ πλήθει τῶν παρασκευῶν ὅσος οὐδεὶς πώποτε γέγονεν. Ἐξὸν δὲ τοῖς μὲν ἀποδοῦσιν Ἑλένην ἀπηλλάχθαι τῶν παρόντων κακῶν, τοῖς δ' ἀμελήσασιν ἐκείνης ἀδεῶς οἰκεῖν τὸν ἐπίλοιπον χρόνον, οὐδέτεροι ταῦτ' ἠθέλησαν· ἀλλ' οἱ μὲν περιεώρων καὶ πόλεις ἀναστάτους γιγνομένας καὶ τὴν χώραν πορθουμένην ὥστε μὴ προέσθαι τοῖς Ἕλλησιν αὐτήν, οἱ δ' ᾑροῦντο μένοντες ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας καταγηράσκειν καὶ μηδέποτε τοὺς αὑτῶν ἰδεῖν μᾶλλον ἢ 'κείνην καταλιπόντες εἰς τὰς αὑτῶν πατρίδας ἀπελθεῖν. Καὶ ταῦτ' ἐποίουν οὐχ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου καὶ Μενελάου φιλονικοῦντες, ἀλλ' οἱ μὲν ὑπὲρ τῆς Ἀσίας, οἱ δ' ὑπὲρ τῆς Εὐρώπης, νομίζοντες, ἐν ὁποτέρᾳ τὸ σῶμα τοὐκείνης κατοικήσειεν, ταύτην εὐδαιμονεστέραν τὴν χώραν ἔσεσθαι.

Τοσοῦτος δ' ἔρως ἐνέπεσεν τῶν πόνων καὶ τῆς στρατείας ἐκείνης, οὐ μόνον τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς βαρβάροις, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς, ὥστ' οὐδὲ τοὺς ἐξ αὑτῶν γεγονότας ἀπέτρεψαν τῶν ἀγώνων τῶν περὶ Τροίαν.

ISOCRATE.

---

(1) φιλονικοῦντας = φιλονεικοῦντας. Même chose pour φιλονικοῦντες plus loin.

(2) Il s'agit des déesses qui avaient pris part au célèbre concours de beauté arbitré par Alexandre.

VERSION LATINE

DURÉE : 4 heures

L'usage d'un ou de plusieurs dictionnaires latin-français est autorisé
(à l'exclusion de tout autre recueil de vocabulaire)

ÉCHANGES DE VUE ENTRE CICÉRON ET POMPÉE AVANT LA BATAILLE DE PHARSALE

« Hoc pro tot meritis solum te, Magne[1], precatur
uti se Fortuna uelis, proceresque tuorum
castrorum regesque tui cum supplice mundo
adfusi, uinci socerum patiare rogamus.
Humani generis tam longo tempore bellum
Caesar erit? Merito Pompeium uincere lente
gentibus indignum est a transcurrente subactis.
Quo tibi feruor abit aut quo fiducia fati?
De superis, ingrate, times causamque senatus
credere dis dubitas? Ipsae tua signa reuellent
prosilientque acies : pudeat uicisse coactum.
Si duce te iusso, si nobis bella geruntur,
sit iuris, quocumque uelint, concurrere campo.
Quid mundi gladios a sanguine Caesaris arces?
Vibrant tela manus, uix signa morantia quisquam
expectat : propera ne te tua classica linquant.
Scire senatus auet, miles te, Magne, sequatur
an comes. » Ingemuit rector sensitque deorum
esse dolos et fata suae contraria menti :
« Si placet hoc » inquit « cunctis, si milite Magno,
non duce tempus eget, nil ultra fata morabor :
inuoluat populos una fortuna ruina
sitque hominum magnae lux ista nouissima parti.
Testor, Roma, tamen Magnum quo cuncta perirent
accepisse diem. Potuit tibi uolnere nullo
stare labor belli ; potui sine caede subactum
captiuumque ducem uiolatae tradere paci.
Quis furor, o caeci, scelerum ? Ciuilia bella
gesturi metuunt ne non cum sanguine uincant. »

LUCAIN, *Pharsale*, 7.

---

[1] Magnus, surnom de Pompée, chez Lucain désignation usuelle du personnage.

[409a] Δικαστὴς δέ γε, ὦ φίλε, ψυχῇ ψυχῆς ἄρχει, ᾗ οὐκ ἐγχωρεῖ ἐκ νέας ἐν πονηραῖς ψυχαῖς τεθράφθαι τε καὶ ὡμιληκέναι καὶ πάντα ἀδικήματα αὐτὴν ἠδικηκυῖαν διεξεληλυθέναι, ὥστε ὀξέως ἀφ' αὑτῆς τεκμαίρεσθαι τὰ τῶν ἄλλων ἀδικήματα οἷον κατὰ σῶμα νόσους· ἀλλ' ἄπειρον αὐτὴν καὶ ἀκέραιον δεῖ κακῶν ἠθῶν νέαν οὖσαν γεγονέναι, εἰ μέλλει καλὴ κἀγαθὴ οὖσα κρινεῖν ὑγιῶς τὰ δίκαια. Διὸ δὴ καὶ εὐήθεις νέοι ὄντες οἱ ἐπιεικεῖς φαίνονται καὶ εὐεξαπάτητοι [409b] ὑπὸ τῶν ἀδίκων, ἅτε οὐκ ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς παραδείγματα ὁμοιοπαθῆ τοῖς πονηροῖς.

Καὶ μὲν δή, ἔφη, σφόδρα γε αὐτὸ πάσχουσι.

Τῷ τοι, ἦν δ' ἐγώ, οὐ νέον ἀλλὰ γέροντα δεῖ τὸν ἀγαθὸν δικαστὴν εἶναι, ὀψιμαθῆ γεγονότα τῆς ἀδικίας οἷόν ἐστιν, οὐκ οἰκείαν ἐν τῇ αὑτοῦ ψυχῇ ἐνοῦσαν ᾐσθημένον, ἀλλ' ἀλλοτρίαν ἐν ἀλλοτρίαις μεμελετηκότα ἐν πολλῷ χρόνῳ διαισθάνεσθαι οἷον πέφυκε κακόν, ἐπιστήμῃ, οὐκ [409c] ἐμπειρίᾳ οἰκείᾳ κεχρημένον.

Γενναιότατος γοῦν, ἔφη, ἔοικεν εἶναι ὁ τοιοῦτος δικαστής.

Καὶ ἀγαθός γε, ἦν δ' ἐγώ, ὃ σὺ ἠρώτας· ὁ γὰρ ἔχων ψυχὴν ἀγαθὴν ἀγαθός. Ὁ δὲ δεινὸς ἐκεῖνος καὶ καχύποπτος, ὁ πολλὰ αὐτὸς ἠδικηκὼς καὶ πανοῦργός τε καὶ σοφὸς οἰόμενος εἶναι, ὅταν μὲν ὁμοίοις ὁμιλῇ, δεινὸς φαίνεται ἐξευλαβούμενος, πρὸς τὰ ἐν αὑτῷ παραδείγματα ἀποσκοπῶν· ὅταν δὲ ἀγαθοῖς καὶ πρεσβυτέροις ἤδη πλησιάσῃ, ἀβέλτερος [409d] αὖ φαίνεται, ἀπιστῶν παρὰ καιρὸν καὶ ἀγνοῶν ὑγιὲς ἦθος, ἅτε οὐκ ἔχων παράδειγμα τοῦ τοιούτου. Πλεονάκις δὲ πονηροῖς ἢ χρηστοῖς ἐντυγχάνων σοφώτερος ἢ ἀμαθέστερος δοκεῖ εἶναι αὑτῷ τε καὶ ἄλλοις.

Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη, ἀληθῆ.

Οὐ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τοιοῦτον χρὴ τὸν δικαστὴν ζητεῖν τὸν ἀγαθόν τε καὶ σοφόν, ἀλλὰ τὸν πρότερον

XXIII. Nam M. tullius non tantum se debere scholis rhetorum quantum Academiae spatiis frequenter ipse testatus est: neque se tanta umquam in eo fudisset ubertas si ingenium suum consaepto fori, non ipsius rerum naturae finibus terminasset. Verum ex hoc alia mihi quaestio exoritur, quae secta conferre plurimum eloquentiae possit - quamquam ea non inter multas potest esse contentio; XXIV. nam in primis nos Epicurus a se ipse dimittit, qui fugere omnem disciplinam nauigatione quam uelocissima iubet: neque uero Aristippus, summum in uoluptate corporis bonum ponens, ad hunc nos laborem adhortetur. Pyrrhon quidem quas in hoc opere habere partis potest, cui iudices esse apud quos uerba faciat, et reum pro quo loquatur, et senatum in quo sit dicenda sententia non liquebit? XXV. Academiam quidam utilissimam credunt, quod mos in utramque partem disserendi ad exercitationem forensium causarum proxime accedat. Adiciunt loco probationis quod ea praestantissimos in eloquentia uiros ediderit. Peripatetici studio quoque se quodam oratorio iactant: nam thesis dicere exercitationis gratia fere est ab iis institutum. Stoici, sicut copiam nitoremque eloquentiae fere praeceptoribus suis defuisse concedant necesse est, ita nullos aut probare acrius aut concludere subtilius contendunt. XXVI. Sed haec inter ipsos, qui uelut sacramento rogati uel etiam superstitione constricti nefas ducunt a suscepta semel persuasione discedere: oratori uero nihil est necesse in cuiusquam iurare leges. XXVII. Maius enim opus atque praestantius ad quod ipse tendit et cuius est uelut candidatus, si quidem est futurus cum uitae tum etiam eloquentiae laude perfectus. Quare in exemplum bene dicendi facundissimum quemque proponet sibi ad imitandum, moribus uero formandis quam honestissima praecepta rectissimamque ad uirtutem uiam deliget.